דבר אלהים
Verbum Dei,

CANONES GENERALES LINGVAE SANCTAE HEBRAICAE,

COMPLECTENTES Nomen, Verbum, Dictionem, tres Litteræ Radicales, tria Aedificia, ſeu quatuor, ideſt Actiua, vnum Actiuum Paſſiuum, שְׁמֹנָה מוּרִים, & intelligentiam, ac doctrinam Prophetarum.

EX VARIIS AVCTORIBVS COLLECTI, ſuiſque Appendicibus inſigniti.

AVCTORE R. P. DOCT. FR. MARIO CALASIO
Ord. Min. Obſ. Prou. Rom. eiuſdem Linguæ Sanctæ profeſſore.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE, Excudebat Stephanus Paulinus. MDCXVI.
Superiorum Permiſſu.

Nos Fr. Antonius Marſer Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ, Pater, & in Romana Prouincia Miniſter, & ſeruus. Dilecto nobis in Chriſto R. P. Doct. F. Mario de Calaſio, eiuſdem Inſtituti, & Prouinciæ, Patri benemerito ſalutem.

Tenore præſentium Grammaticam Hebraicam per te in lucem editam imprimendi facultatem tibi concedimus: quatenus facultates neceſſarias obtinueris. In quorum fidem, &c. Datum Romæ ex Conuentu noſtro Aracæli, die 5. Octobris, Anno Domini 1616.

Fr. Antonius Marſer manu propria.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sacri Pal. Apoſt.

Cæſar Fidelis Viceſg.

Imprimatur. Fr. Gregorius Donatus Romanus, Mag. & Reuerendiſs. P. F. Hyacinthi Petronij Romani Sacri Pal. Apoſt. Magiſtri Socius, Ord. Præd.

S. D. N.

PAVLO PAPAE QVINTO.

POST BEATORVM OSCVLA PEDVM, cum felicitate plurima, debitum honorem, condignam honorificentiam, ac fideliſſimam ſeruitutem.

F. MARIVS CALASIVS Ord. Min. de Obſeruantia.

BIBL. NAZ.

OPTIMO quidem conſilio, ſummaque prouidentia factum eſt, Beatiſſime Pater, vt Conſtitutionem illam ad perpetuam rei memoriam ederes, in qua decretum eſt, vt (ſicut habetur in tit. de Magiſtris) in vnoquoq; Ordine Regularium, tam Mendicantiũ, quàm non Mendicantium, trium linguarum periti, Hebraicæ, ſcilicet, Græcæ, Arabicæq. haberentur; vt nimirum iuxta Principis Apoſtolorum ſententiam, Fidei Chriſtianæ præcones, ſint parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti rationẽ reddere, de ea quæ in eis eſt, ſpe, & fide. Propter quod & alibi poſuiſſe Deum genera linguarum edocuit. Id etiam Titulum S. Crucis indicaſſe opinor, quem tribus linguis, Hebraica, Græca, & Latina idcirco editum fuiſ-

In Clementinis. 1. Pet. 3 1 Cor 1

A

Digitized by Google

fuiſſe crediderim. Vt igitur Apoſtoli verbis obtemperare poſſimus, neceſſaria eſt Linguarum cognitio, & præſertim Hebraicæ, quæ cum præ cæteris linguis fœcundiſſima ſit, maximã infidelibus, hæreticiſq. anſam, ob praua, ac temeraria intelligentiam, in eorũ perfidia perſiſtendi præbere ſolet. Atque id cauſæ fuit, vt Opuſculum hoc Grammatices linguæ Hebraicæ, multis ab hinc annis, ex varijs doctiſſimorum virorum libris congeſtum, perfecerim, Tuæque Beatitudini dicauerim, cui me vndequaque deuinctum agnoſco, eo vtique magis, quod Tua in me indigniſſimum famulum tuum largitate, & munificentia operante, Doctoratus inſignia, gradumq. obtinui, nulla alia de cauſa niſi propter Linguæ Sanctæ lecturam, quam per plurimos annos in noſtra Religione exercui. Quapropter Tibi vni poſt Deum, Opuſculum hoc dicare volui, vt Tua ſub tutela, præſidioq. militet, & ſi quando alieni laboris nauſeatores, rodenteſque me dente canino, quicquam dicere præſumpſerint, cum Tibi dicatum viderint, obmuteſcant. Vale igitur Beatiſsime Pater ſemper incolumis, dieſq. Petri feliciter attinge, atque exupera.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

MVltas in ſacrarum litterarum ſtudio reperiri difficultates, nemo ambigit, quas quidem non modo ij, qui omninò ignari hoc ſtudium aggrediuntur, verum & qui labijs prægustarunt, paſſim experiuntur. Hoc faſtidiere quamplurimi, vt laborioſum, & nimis tetricum, quia nihil aiebant, habet feſtiuum, nihil delectabile. Non pauciores, qui corruptum habent olfactum ſtomacati ſunt, quia tanta eſt regularum copia, exceptionū differentia, tot verborū diſcrimina, punctorum mutatio, nominum, verborumq. terminatio, affixorum variatio, litterarum ſonus diſſimilis, punctorum figura diuerſa, apicum diuerſa nomina, vt facile quiſque cui hæc omnia obijciuntur, à ſuſcepta prouincia retrahatur, & exterratur. Experientia enim conſtat eos, qui grauiora ſtudia Philoſophiæ ſcilicet & Theologiæ amplectuntur, ſi poſtea ſtudio huic velint operam nauare, ac progredi, euigilare, inſudare, elaborare opus eſſe: vt vix longis, aſſiduiſque lucubrationibus nominum quidem profeciſſe, plurimum ſit; cum quoddam ſit, vt Horatius aiebat, in rebus grauibus prodire tenus ſi non datur vltra: ſi igitur difficilius tanto huius linguæ ſtudium, alterius quolibet alio linguæ laborioſius exiſtimetur, ſi deinde ſyllabarum corticem fideli cultro conuelleris, ſi verbula reſonare nixus fueris, continuò paſcuit animum promicans enucleus, & ſenſum flagrantiſſima medulla, longè iucundius feraciuſque ipſi eidem erit, cum ſacros libros per te ipſum interpretari, conſtructionis, & orationis totius reddere cauſam, etiam de apicibus, de accentibus, de punctorum mutatione, in ſingulis vocibus diſſerere, atque adeo ad Rabbinorum etiam commentaria, quæ puncta vocalibuſq. carent propius accedere non dubitaueris.

Illud ſanè noſtrum conſilium fuit, amice Lector, vt difficultates omnes, quas hactenus recenſuimus ad certas quaſdam regulas pro tyronum cōmoditate facilitateq. Deiq. ſumma gloria redigeremus. Prima enim in duorum generum verborum coniugatione collocatur, quæ communi vſu tranſitiua, quorum actiones ſunt tranſeuntes; & intranſitiua, quorum actiones ſunt immanentes à ſubtilioribus Grammaticis nuncupantur. Altera in punctorum mutatione. Tertia in pronominibus affixis, tum ſeparatis, tum inſeparatis. Quarta in verborum conſtructione. Verùm tranſitiuorum, vt diligere, legere, diſcere, quæ per caſus (licèt caſus apud Hebræos minimè vſurpentur) inflectuntur, in quibus propria actio,

Digitized by Google

actio,& paſſio reperitur maior nulla clariorq. hac notitia exiſtit: ita quoque intranſitiuorum, vt ambulare,ſtare,ſedere,in quibus agendi,& patiendi ratio non apparet,ſpeculatio valdè iuuat ad perfectè habendam ſacrorum librorum cognitionem,quorum natura ſi ignoretur , nulla ratione fieri poteſt , vt ſacri Codices quibuſcum interlegendum paſsim occurrunt, intelligantur. Altera punctorum mutatio, quæ ob quatuor præcipuè fieri cauſas ſolet, nimirum ob regimen, ob pluralem numerum, ob fęmininum genus,ob affixa pronomina,tantundemq. quatuor habet mutabilia puncta,camez,Zere,ſegol, & holem. Quarta conſiſtit in verborum conſtructione , ſiue ædificatione vti ſignificare videtur verbũ בנין *in cuius contemplatione totius ferè ſacræ doctrinæ cognitio,ac Grammaticæ intelligentia verſatur, vt enim in conſtruenda domo primò iacitur fundamentum,poſtea excitantur parietes,deinde contignationes fiunt,poſtremò tecto tegitur ; ſic in Grammaticæ ſtudio litterarum cognitio pro fundamento , punctorum apicumq. intelligentia pro parietibus , regularum ſcientia, pro contignatione verborum conſtructio, pro fine ipſo comparato habebitur : nulla verò alia ratione coniugationes,quàm ædificationes;& coniugare,quàm ædificare Hebræorum Doctorum eſt ſententia. Argumentum ſumi poteſt ex Sacra Scriptura , vbi primùm Orbis creatio deſcribitur , quando Deus creauit Cælum , & terram , ex quo loco & creationem ex nihilo , & Deum eſſe cauſam efficientem , & finalem Moſes demonſtrat.Primam igitur coniugationem* בנין קל *Grãmatici vocauere , nec ſine ratione , immò & addidere ſubtiliter quidem, verbum creauit in Kal in rerum creatione deſcribenda Moſen vſurpaſſe, vt hac ratione oſtenderet facilitatem omnium maximam, qua Deus ex nihilo cũcta produxit : ſi igitur ad extra ita ſe Deus communicat creaturis , eas ex nihilo ſolo imperio voluntatis producendo , ita & ad intra ſeipſum intelligendo generat verbum ſibi conſubſtantiale, & æternum,vocaturq. Dei filius,qui poſtea de ſinu Patris amore ictus naturæ vniri humanæ hypoſtatica ũnione dignaretur. Igitur ex Rabbinorũ ſententia ponũtur cõiugationes tres actiuæ,paſſiuæ totidẽ, reciproca ſeptima actiua ſimul & paſsiua , quorũ ſcientia non vt autumãt indocti,horrida eſt atque aſpera,non inculta,& tetrica,ſed valdè decora, atque adeo ipſa maieſtate venuſta,& expolita. Quapropter cum priuatim facto periculo doctus eſſem paruulis horis adoleſcentum ſtudia poſſe iuuari, operepretium mihi viſum fuit ſi in re vſque adeo ſacra , & pia operam publicam pro mea tenuitate nauarem ; atque iſto grato animo præceptoris*

officio

officio reſponderem,vt quod ab alijs gratis acceperim,gratis quoq; elargirer. Illud primum omnium non inficior, me fruſtillatim ferè à varijs Grammaticis mendicaſſe:nihil priuato iuri præter laborem tribuo,quem ſi quis improbet, nullam ſpem futuræ laudis mihi relinquo, & vt occurram cenſorum lituris, & ſpongis, qui roſtro, & dentibus ſæuiunt, tota hæc Grammatica ſimilis Horatianæ corniculæ alienis plumis circumquaqua veſtita: quam licèt plurimi probent, & in his D. Fabianus Fiogbus noſter Præceptor homo plurimæ doctrinæ,& eruditionis litterarumq. Hebraicarum annis ſeptuaginta profeſſor. Si quod tamen ex multis paleis fructum collegi, Lectorem rogo, vt plauſibiliter excipiat.

De diuerſitate Lectionis.

RAbbini corrigentes Sacra Biblia, quæ in multis locis propter diſtractionem Iudaicæ gentis deprauata erant, compoſuerunt maſoreth, ideſt traditionẽ caſtigationis Biblicæ, in qua libros Sacros repurgauerunt à mendis. Nam in exemplaribus, quorum magnam copiam vndique habebant collectam diuerſa reperiebatur lectio, vel aliqua diſſenſio Grammatica ibi tanta religione, vel potius ſuperſtitione, vſi ſunt vt vtramque lectionem in vna, eademque expreſſerint dictione. Alteram quidem quæ illis verior videbatur per puncta, ſeu vocales exhibuerunt, qua hodie vtimur in legendo. Alteram verò antiquitus à nonnullis vſurpatam reddiderunt litteris deſcriptam. Huiùs rei, vt guſtum aliquem lectoribus præberemus huc addidimus quædam exempla, ex quibus iudicari poterunt באר *puteus, 2. Sam. 23. cap. ratione puncti holem legitur in forma* בור *: & ratione aleph interpoſiti legitur in forma* בְּאֵר*, & idem ſignificat* דָּבְאָת *Pſal. 89. ſecundum puncta legitur* דְּבִיתָ*, & ſecundum litteras* דָּבְאָת *in eadẽ ſignificatione* בֵּאָרָם *Ioſuæ 3. ſecundum puncta legitur* מֵאָרָם*, & ſecundum litteras* בְּאָרָם אֲרִיֵה *Trenor. 2. puncta legitur* אֲרִי*, & ſecundum litteras* אַרְיֵה*: Nã in vtraque forma reperitur.* צַיִדה *Geneſis 27. ſecundum puncta legitur* צַיִד*, & ratione he paragogici* צַיְדָה*, nẽ in vtraque forma vſurpatur* הַסֵּפֶר *Iſaiæ 19. Secundum puncta legitur ſine he demonſtratiuo, & ſecundum litteras cum he demonſtratiuo* מֶלֶךְ *1. Regum 15. cap. 20. ſe-*

cun-

cundum puncta legitur הַמֶּלֶךְ & ſecundum litteras ſine he demonſtratiuo vſurpatur. בַּלַּיִל Prou. 31. ſecũdum puncta ſcripta legitur בַּלַּיְלָה, & ſecundum litteras בַּלַּיִל · שְׁפֻכָה Deut. 21. ſecundum puncta legitur in plurali שָׁפְכוּ effuderunt, & nominatiuus præcedens יָדֵינוּ manus noſtræ. At ſecundũ litteras legitur in fœmin. ſing. שָׁפְכָה & nominatiuus præcedens ſingulariter accipitur. אֶשְׁמָר־לוֹ Pſal. 89. ratione punctorũ legitur cum macaph, & ratione litterarũ ſine macaph אֶשְׁמוֹר · לֹא Trenorum 2. ſecundum puncta legitur וְלֹא, & ſecundum litteras ſine vau וַיֹּאמְרוּ Ioſue 6. ſecundum puncta legitur in ſingulari וַיֹּאמֶר, & ſecundum litteras pluraliter וַיֹּאמְרוּ · Pſal. 10. וְדָכֶה ſecundum puncta legitur iu futuro Kal יִדְכֶּה, & ſecundum ltteras in preterito habente vau conuerſiuum, vt וְדָכָה, & redit in idem tempus. רַגְלָיו Pſal. 105. ſecundum puncta legitur רַגְלוֹ, & iuxtà litteras רַגְלָיו · עֲנָנַי Pſal. 60. ſecundũ puncta legitur עֲנֵנִי, & ſecundũ litteras עֲנֵנוּ atq; ſententiã, nihil decedit. אֶזְכִּיר Pſ. 77. ſecundum puncta legitur in kal אֶזְכּוֹר, & ſecundum litteras poſitas eſt Hiphil אַזְכִּיר, & vtroq; modo cõſtat ſenſus. תִּשְׂמְחוּ Hieremiæ 50. ſecundum puncta legitur תִּשְׂמְחוּ, & ſecundnm litteras eſt femininum ſingulare תִּשְׂמְחִי, atque ſenſus eſt idem. יוּמַת Prou. 19. ſecundum puncta legitur in kal יָמַת, & ſecundum litteras יוּמַת in hophal, & idem eſt וַתִּרְאֶנָה 1. Sam. 14. ſecundum puncta legitur וַתָּאֹרְנָה eluxerunt, & ſecundum litteras וַתִּרְאֶנָה ideſt & viderunt.

Diuiditur Lingua Sancta in tres partes, & illa ſunt שֵׁם Nomen, פּוֹעַל Verbum, & מִלָּה Dictio: Et vniuerſaliter dicã hic, quòd ratio Dictionis huius eſt, quia exiſtẽte lingua hac, quæ procedit poſt veſtigia noſtra, & ſunt res, quibus proferret homo ſecundum ipſarum naturam, ſunt res exiſtentes per ſe inquantum ſunt, aut inquantum ſunt factæ à rebus quæ ſunt per ſe, aut actiones illarum; ideo fuit neceſſitas ſuper impoſitorem linguæ Hebreæ, vt ſignificet locutionem ſuper has tres res ad imponendum dictiones ſignificantes ſuper entia inquantum ſunt per ſe, & in quantum agentia, & in quantum facta, & omnes has vocaui nomina.

De Nomine.

NOmen eſt dictio ſignificans ſubſtantiam rei, & ipſius qualitatem: ſecundum quod ſignificat illam dictio illa, ſiue ſit res ſingularis propria, ſiue ſit plurificabilis declinatione illius dictionis, & ſic poſuimus primam; quod deſcriptio hæc conueniat nomini inquantum eſt pars orationis apud Grammaticos linguæ Sanctæ ſicut ego, & tu, quæ ſunt dictiones rationis apud Grammaticum, vt oſtendetur, quia non declinabuntur continuatione, neque pluralitate, neque connotatione, & Grammaticus conſiderat rationem, primo in quantum poſſibile eſt, vt ſit rectum, vel obliquum, vt deſcripſimus ipſum quid ſit dictio ſignificās ſubſtantiam rei, & ipſius qualitatem. Secundo, quid ſignificet illa dictio, quia Grammaticus conſiderat nomen in quantum eſt ſignum ſignans rem inquiſitam, & ipſius qualitatem, in quantum ſignant illam nomen, non in quantum eſt ſecundum ipſius ſubſtantiam, quia multa nominum ſignificant res, quarum ſpecies ſunt plurificatæ, & nomina illa non plurificabuntur; ideo ſecundum ſignificationem huius deſcriptionis diuidemus: Primo, nomina in ſingulare, & plurale; & ſingulare in proprium, & non proprium. Et ita nomen ſingulare ſignificans rem vnam ſolum, vt terra, cælum. vita, Abraham, quia hoc eſt ſingulare ſignificatione ſecundum veritatem, tunc non plurificatur omnino, & hoc eſt ratione ſubſtantiæ ſpecialiter, vt Dauid. Hoc nomen meum ſpecialiter, & non plurificabitur occaſione meæ ſubſtantiæ, quia ego ſum res, quam ſignificat hoc nomen etiam ex parte litterarum, quia combinatio litterarum iſtarum cum ipſorum punctuatione non eſt digna plurificari, & ſic eſt vna ex parte vnius ſubſtantiæ, & hoc eſt nomen proprium ratione ſubſtantiæ ſolius appropriatę.

DE VERBO.

VErbum eſt pars orationis ſignificans fieri aliquid ex re termino temporis ipſum faciendi, vt didicit, ſignificat fieri diſciplinam ab addiſcente termino temporis pręteriti, determinante ipſum fieri. Et me dicere partem orationis eſt loco generis, quia omne verbum eſt pars orationis, & non omnis pars orationis eſt verbum, quia nomen, & dictio eſt pars orationis, & illa non ſunt verba. Et dixi ſignificans fieri aliquid ex re, ad diſtinguendum inter ipſum verbum, & quædam nomina, & dictiones, quæ ſunt partes orationis, & ſignificant aliquid cū termino tēporis determinantis illud, ſed non ſignificant fieri aliquid ex re, vt hodie, heri, quæ ſignificant aliquid diei, ſed non fieri diem tempore illo deter-

Digitized by Google

minato,& cum ſint opportune,neceſſario vt fiat vnumquodque tres res, videlicet agens,& actio agentis,& factum actione illa,& aliquando agens eſt vnum,& factum eſt vnum; diſtinguuntur tria hæc clarè, vt comedi,quia ego ſum comedens vnus, & actio, quæ eſt me comedere,eſt vna,& factum, quod eſt ipſum comeſtum eſt vnum etiam, & omnes tres nos ſumus diſtincti vnus ab alio, & aliquando erit factum non diſtinctum ab actione, vt ambulauit, quia poſt actionem ipſius ambulationis non inuenitur res facta, ſi dixerimus, ambulaui, poſt me ambulaſſe,aut me ambulando, non inuenitur res facta præter me ambulare, & ſunt quorum ſunt duo facta actione vna, & ideo poſuerunt Grammatici verba ſignificantia actionem agentis,& actionem facti, intentio mea in hoc eſt ipſum effici,& ipſius receptionem actionis ab ipſo agente, & verbum immanens,quod non ſignificat factum diſtinctum,& verba, quæ ſignificabunt agentia diſtincta multa,& facta multa diſtincta, & ideo diuiſerunt verba in ſolitaria,& immanentia,& exeuntia ad ſecũdum,& tertium verbum; ſolitarium eſt, quod ſignificat actionem, quæ non relinquit poſt eam factum, & ambulauit, quia poſt ambulationem non remanet res in ambulante,neque extra ipſum, & quia non inſpexerunt hoc maior pars Grammaticorum,ſubmerſi ſunt in aquis,quibus nõ eſt vltimum, & nequiuerunt exire,quia quidam ipſorum decreuerunt quod non ſit ſolitarium penitus,niſi quãdo pars agentis eſt ipſum factũ, & pars eſt agens, quia anima mouet corpus in ambulatione,& corpus mouetur in ea,& ideo dixerunt,quod ſint agens,& factum diſtinctum, & ideo non ſunt ſolitaria hæc in veritate. Et hæc fiunt ſententiæ authore Ephod,& alij dixerunt,quod agens ſit ipſummet factum, & omnes errauerunt in vidente,quia verum eſt,quod agens eſt ſemper diſtinctum a facto,ſed actio non eſt diſtincta à facto ſpecialiter, quia aliquando eidem ipſum,quia ambulans non facit niſi actionem ambulationis.

DE DICTIONE.

D*ictio nominis eſt pars orationis terminans nomen, vel verbum per modos ſuarum ſignificationum, aut per modos rerum, quas ſignificant,quia nominum, & verborum ſtant in ſua forma ſignificationes terminatæ,quibus ſignificant res proprias, ideo ad ſignificandum iſtas oportuit, inſtitutorem idiomatis imponere dictiones, quæ ſignificent rationes modorum prædictorum, ideo vocauerunt illas Grammatici Dictiones rationis, & ita illæ diuiduntur primo in quatuor partes, quia ſignificant modos poteſtatis ſuarum partium.*

DE

DE LOCIS SCRIPTVRAE SACRAE,

quæ Scribæ corruperunt.

IN libro, qui inſcribitur Maſoreth, ſuper initium lib. Numer. et in Pſal. 106. ſcribitur eſſe decem et octo loca in ſacra Scriptura, quæ corrupta ſunt à Scribis, vel à Doctoribus, et ſapientibus eorum, de quibus tam in Numer. quàm in Pſalm. ſupra citato, ſexdecim ponuntur, quæ ſunt iſta:

I. Geneſis cap. 18. veſ. 22. וְאַבְרָהָם עוֹדֶנּוּ עוֹמֵד לִפְנֵי יְהוָה

Abraham vero adhuc ſtabat coram Domino.

Quo in loco, vt ait Rabbi Salomon, prius legebatur ſic:

וַיהוָה עוֹדֶנּוּ עוֹמֵד לִפְנֵי אַבְרָהָם

Dominus autem adhuc ſtabat coram Abraham.

II. Et in lib. Numer. cap. 11. verſ. 15. וְאַל אֶרְאֶה בְּרָעָתִי

Et non videbo malum meum. (noſter autem) ne tantis afficiar malis.
Vbi ait Rabbi Salomon antea legebatur וְאַל אֶרְאֶה בְּרָעָתָם

Et non videbo malum eorum.

III. Numer. 12. verſ. 12. וַיֵּאָכֵל חֲצִי בְשָׂרוֹ

Et conſumptum erat dimidium carnis eius: vbi noſter ait: Ecce iam medium carnis eius deuoratum eſt a lepra. Rabbi Salomon dicit, quod prius legebatur: וַיֵּאָכֵל חֲצִי בְשָׂרֵנוּ Et conſumptum eſt dimidium carnis noſtræ.

IV. Primo Samuel. c. 3. v. 13. בַּעֲוֹן אֲשֶׁר יָדַע כִּי מְקַלְלִים לָהֶם בָּנָיו

Propter peccatum quod cognouit, quia maledicebant eis filij eius. Vbi noſter ait: Eo quod nouerat indigne agere filios ſuos. Vbi antea legebatur:

כִּי מְקַלְלִים לִי בָּנָיו Quoniam maledicebant mihi filij eius.

V. 2. Samuel 16. v. 12. Vbi textus noſter dicit: Si forte reſpiciat Dominus afflictionem meam אוּלַי יִרְאֶה יְהוָה בְּעֶנְיִי. Vbi in margine ſcriptum eſt בְּעֵינָי ideſt oculos meos, in textu Hebraico: quo in loco Hebræi exponunt, Lachrymæ oculorum meorum.

VI. 2. Samuel 20. v. 1. אִישׁ לְאֹהָלָיו יִשְׂרָאֵל Vnuſquiſque ad tabernacula ſua Iſrael. Vbi noſter ait: Reuertere in tabernacula tua ò Iſrael. Vbi prius forſan legebatur: אִישׁ לֵאלֹהָיו יִשְׂרָאֵל Vnuſquiſque ad Deos ſuos ò Iſrael.

VII. Ezech. 8. v. 17. וְהִנָּם שֹׁולְחִים אֶת הַזְּמוֹרָה אֶל אַפָּם Ecce ipſi mittunt fœtorem ad naſum ſuum. Noſter ait: Ecce applicant ramum ad nares ſuas. Rabbi Dauid Kimhi ait, quod prius legebatur אֶל אַפִּי ad naſum meum.

VIII. Habakuk c. 1. v. 12. אֱלֹהַי קְדֹשִׁי לֹא נָמוּת Deus meus, Sancte meus nō moriemur. Rabbi Salomon dicit, quod antea legebatur לֹא תָמוּת Non morieris.

IX. Malach. cap. 1. verſ. 13. וַאֲמַרְתֶּם הִנֵּה מַתְּלָאָה וְהִפַּחְתֶּם אוֹתוֹ
Et dixiſtis, ecce de labore dolore afficietis eum. Vbi textus noſter dicit: Ecce de l. bo-

re exufflaſtis illud. Quo in loco, vt arbitror, prius legebatur וְהִפַּחְתֶּם אוֹתִי & dolo- re afficietis me, ſecundum Rabbinos.

X. Zachar. c. 2. v. 12. כִּי הַנֹּגֵעַ בָּכֶם נֹגֵעַ בְּבָבַת עֵינוֹ Qui enim tangit vos, tangit pupillam oculi eius. Antea, vt arbitror, legebatur עֵינִי Oculi mei.

XI. Ierem. c. 2. v. 11. וְעַמִּי הֵמִיר כְּבוֹדוֹ Et populus meus mutaui gloriam ſuam. Antea, vt exiſtimo, legebatur כְּבוֹדִי gloriam meam.

XII. Iob cap. 7. v. 20. וָאֶהְיֶה עָלַי לְמַשָּׂא Et factus ſum mihimetipſi grauis. Forſan, vt arbitrantur, prius legebatur עָלָיו ſibi.

XIII. Oſeæ c. 4. ver. 7. כְּבוֹדָם בְּקָלוֹן אָמִיר Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Exiſtimant quod prius legeretur כְּבוֹדִי gloriam meam.

XIV. Iob 32. verſ. 3 וַיַּרְשִׁיעוּ אֶת אִיּוֹב Et condemnauerunt Iob. Quo in loco inquit Rabbi Salomon ſcribendum erat בְּשְׁתִיקוֹתָם dum tacerent ipſi.

XV. In Thren. Ierem. c. 3. v. 7. וְתָשׁוֹחַ עָלַי נַפְשִׁי Et humiliabitur in me anima mea. Vbi textus noſter dicit: Et tabeſcet in me anima. Exiſtimant, quod prius legeretur וְתָשִׁיחַ Et humiliari faciebat anima mea.

XVI. Pſalm. 106. v. 20. וַיָּמִירוּ אֶת כְּבוֹדָם בְּתַבְנִית שׁוֹר Et mutauerunt gloriam eorum in ſimilitudinem bouis. Vbi textus noſter dicit: Gloriam ſuam. Et Rabbi Abraham Abben Ezra dicit, quod ne legerent Gloriam meam, legerunt כְּבוֹדָם gloriam eorum.

HAEC ſunt ſexdecim loca, quæ notantur in libro Maſoreth, & cum decem & octo eſſe dixiſſent, duo loca reliquerunt, quæ (ſecundum meam ſententiam) nota facere noluerunt, quia in his malitia eorum manifeſtabatur, cum ſint loca, in quorum vno demõſtratur paſſio Chriſti Dom. noſtri, & in altero eiuſdem Chriſti Saluatoris noſtri Diuinitas: quæ duo loca ab eis relicta exiſtimo eſſe hæc:

Vnus in Pſal. 22. vbi legebatur כָּארוּ יָדַי וְרַגְלָי Foderunt manus meas, & pedes meos. Ipſi vero ſcripſerunt כָּאֲרִי יָדַי וְרַגְלָי Sicut leo manus meas, & pedes meos.

Alter eſt in Ierem. cap. 33. וְזֶה שְּׁמוֹ אֲשֶׁר יִקְרָא לָהּ יְהוָה צִדְקֵנוּ Et hoc eſt nomen, quod vocabit eam Dominus iuſtus noſter. Quo in loco antea legebatur, vt dixerunt LXX. וְזֶה שְׁמוֹ אֲשֶׁר יִקְרְאוּ יְהוָה צִדְקֵנוּ Et hoc nomen quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter: ſicut idem Ieremias ait cap. 23. vaticinans idem vaticinium, iiſdem verbis de Meſſia ſanctiſſimo.

Vel notare noluerunt locum illum Oſeæ cap. 9. vbi dicit אוֹי לָהֶם בְּשׂוּרִי מֵהֶם Sed væ eis cum receſſero ab eis. Forſan legebatur apud Hebræos בְּשָׂרִי caro mea ab eis, ſcilicet, Væ eis quando caro mea erit ex eis, quoniam verbum, ſum, es, eſt, quaſi ſemper ſubintelligitur in textu Hebræo. De quo loco idem affert Lyranus in Oſeam eod. cap. Galatinus cont. Heb. Victoria Porchetti, & Paulus Burgenſis. Et hæc ſunt loca, quę corrupta eſſe dicuntur a Scribis, quæ non paucã ſtudioſis ingerũt ſolent difficultatẽ.

INDEX

INDEX ALPHABETICVS
RERVM OMNIVM
QVAE HOC IN LIBRO CONTINENTVR.

A

ADuerbia cum affixis. pag. 211 in loco 253. ad locum, de loco, per locum, ibid. temporis, &c. 253.& 254
Affixa quænam ſint, & quomodo eis Auctores Hebræi vario modo vtantur circa eorum poſitionem, cum multis regulis,& vnde veniat affixum,& quid ſit hoc pronomen הכנוים 17. Præteritum à tertia perſona maſculini, quæ eſt nuda radix.40. participia 41. obſeruationes ibid. Pronomina 76. vſq. ad 84. quo pacto ſubiungantur verbis, & eius canones 127. & 207. cum infinitiuo exprimunt genus,numerum,& perſonã, 179. quęnã habeãt ante ſe duplicia puncta, vna cum ſuis regulis 207. quomodo addantur verbis in perſonis fœmininis 208.
Aleph quieſcens per omnes coniugationes & eius natura.53. qualem habet punctum vocalem, talem habet pronunciationem, 5. nec pronunciatur abſque vocali. ibid. ſeruit a capite futuri, & conſtituit omnes primas perſonas futuri.33. habet duplicem naturam. 47
Alphabeti litteræ numerus, & forma. 1 His adijciuntur puncta vocalia. ibid.& 2. de earum diſtinctionibus 2. de earum prolatione 4
Ancipites vocales. 21
Artificium ſubiungendi affixa, eorumque canones. 206

B

BEth præpoſitio quatuor habet nomina & officia.33. valet præpoſitionem in, vel,cum,61. eſt articulus effectiui. 86
Benoni hoc eſt participium præſens. 96
Bichlam litteræ deſignant circumſtantiam, & qualitatem temporis. 179
Breuia puncta quænam ſint. 19

C

CAmez, & Zere aliquando ſunt permutabiles 21. quomodo duplex camez diſcernatur 22
Caſus, eius regulæ,appendices,& pronomina ſeparata. 84 vſque ad 89
Chateph camez, eiuſque regula. 27
Chateph camez duplex,eiuſq. regula. 23
Chateph pathah & eius regula 27
Chateph ſegol,eiuſq regula ibid.
Chirech magnum,& eius regula. 22
Cognatio vocalium. 21
Commutatio vocum paruarum in magnas. 57
Coniugatio paſſiua 43.ſignificatio Niphal ibid.
Coniugatio Piel 119. ſignificatio huius coniugationis. 120
Coniugatio verbi בוא 51
Coniugatio Hiphil 130. aſſumptis affixis non mutantur puncta. 188
Coniugatio Hithpael per omnes ordines. 141.& 187. aliæ regulæ. 188
Coniugatio Niphal 188
Coniugatio Kal cum defectiuis 189. in ſtatu affixorum, ibid. Niphal,189. Piel 190. Hiphil,ibid. Hophal, 191
Coniugatio intranſitiua 181. Tranſitiua cum accuſatiuo, vel affixis 184. Præteritum transfert daghes ex ain poal, ibid. Infinitiuus Piel in quatuor locis exit in holem. 184
Coniugationes verborum 93. vſque ad 165
Coniugationes omnium ordinum ſingillatim in tabulas, facillimo modo deſcriptæ 147.vſque 165.
Coniunctiones 255

Conſuetudo linguæ Hebraicæ. 180

D

DAghes quid ſit, eiuſq. proprietates. 33. de eius reſolutione 36 append. ib.
Daghes lene eiuſq. regulæ 29. & 34. eius exceptiones, 29. Forte, eiuſq. regula 30. 35. & 43. appendices 44. natura 30. ſuppreſsione ibid. Reſolutum ex magna vocali, eiuſque regula. 31
Datiui caſus ſunt verbis intranſitiuis iuncta. 38
Defectiua ain poal, eiuſq. appendices. 45
Defectiuorum ordo, vt שבת סבב נגש hic implicitè poſitis regula 46
Dictio tertia pars orationis, quam Hebræi מלה vocant, eiuſq. regulæ. 253
Differentia inter Paul, & Niphal, 115
Digitorum duplex forma. 74
Duplicantia tertiam radicalem. 236

E

EXempla de compoſitione nominis cũ pronomine. 81. & ſeq. in caſibus obliquis 81

F

FOrma Makor in verbis perfectis 105. notandum 106. Præteriti paſsiui Kal verbis perfectis 113. notandum 114. Participij præſentis paſsiuæ vocis in verbis perfectis 115. Infinitiui paſsiui Kal in verbis perfectis 116 notandum 117. Præteriti perfecti in Piel 121. notandum 122. Participij præſentis in Piel 123. notandum ibid. Paul in Piel 124. notandum, ibid. Piel per omnes ordines 126. obſeruanda 127. Præteriti perfecti in paſsiua voce Piel, per omnes ordines 128. Præteriti perfecti Hiphil 131. eiuſq. regulæ. Nominum 202. eiuſque obſeruationes. 203
Formæ quædam nominum ſecundi ordinis cum ſuis regulis 238. Tertij ordinis. 239. Quarti ordinis 240. vſque 243. Quinti ordinis 243. vſque 249. Sexti ordinis. 249. 250. 251. Septimi ordinis. 251. Octaui ordinis. 252

Fœminina nomina deſinunt in הת, maſculina in ים, eiuſq. regulæ. 215
Futurum Pual 129. Hiphil per omnes ordines, eiuſque varietates. 137. cum affixis. 182. cum vau conuerſiuo 44. 49 56

G

GHimel cum daghes valet g, & ſine daghes gh. 5
Gutturales litteræ quænam ſint. 3. 5
Gutturalis pepoal habet ׃׃ in tertijs perſonis præter. Hiphil. 27

H

HEbræi numerant per litteras, & integras dictiones 72. vſque 76. habent tantum infinitiuum, quem Makor appellant 179. non admittunt compoſitionem qualis eſt in alijs linguis, 199 Habent ſtatus abſolutos, 200. triplex nomen, qualitates, duo genera, numerum ſing. & plur. 200. caſus ſex 201 habent in verbis maſculinum, & fœmininum, præter in infinit. 96
Heemanticæ litteræ 72
Heemantica fœminina cum multis formulis 237
Hiphil cum affixis. 186
Holem, eiuſque regula. 23

I

INfinitiuus in Piel, & primo in perfectorum ordine 125. in Pual 129. in Hiphil per omnes ordines. 135. habet triplicem formam punctorum. 182
Imperatiuus in Piel per omnes ordines, 125. Hiphil per omnes ordines 136. cum affixis. 182
Interiectiones. 255

K

KYbbuz quid ſit, eiuſq. forma 2. duplex, & eius regula. 20. & 23

L

LAmed ſola inter Alphabeti litteras erigit caput in ſublime. 6

La-

Lamed a fronte eſt datiui caſus articulus 61

Litteræ quieſcentes quales ſint, earumque regulæ, natura,& proprietates.28. ſeruiles,earumq. regulæ.31. eſſentiales,& miniſteriales,quæ,& quot ſint,earumq. officia. 59.vſque ad 68.

Litteræ אהוי in fine ſemper quieſcunt. 18

Litteræ בכלם deſignant circumſtantiam & qualitatem temporis. 179

M

MAchaph quid ſit,& eius officium. 37

Makor in verbis perfectis 105. notandum 106. In primo ordine tranſitiua deſinunt in holem. 107. Futurum pendet ab Imperatiuo 108. notandum 110.

Maſculina nomina deſinunt in ים, fœminina in ות, eiuſq. regulæ. 215

Mem a fronte duo habet officia. 63

Mem finalis nullum recipit punctum vocale 6

N

NAtura litteræ ה quieſcentis per omnes coniugationes. 55. patitur repulſam, ibid.

Neutra nomina deſinunt in pathah. 107

Nomina pluralia cum affixis. 210

Nomen ſecunda pars orationis,& eius regulæ.198.211.vſque 253. Adiectiuum ſeu formale. 212

Nomina habentia affixa 209. tria interponunt iod.ibid. quatuor diuerſarum litterarum.204. quinque litterarum.205. 255. fœminina formantur a maſculinis ibid.eiuſq.exempla.213. fœminina in ordine perfectorum. 230

Nominum ſubſtantiuorum genera eorumque exempla. 214

Numeri Hebræorum cardinales, & ordinales 72.vſque 76

Nun a fronte duplex. 61

O

OBſeruationes circa coniugationes.41 circa inſeparata pronomina cum verbis diligentiſſimè deſcriptæ, eiuſque compoſitionis varietates. 165.vſque 177.

Ordines generales verborum. 90. vſq.93

P

PArtes orationis præcipuę. 89

Participium præſens Kal. 100. notandum 102. præteritum. 103. infinitiuus 104. Præſens paſsiuum in Kal 115. differentia inter paul,& niphal.ibid. præſens hiphil.134.præteritum hiphil.134

Participia degenerant in nomina. 178

Paſſiuum Kal per omnes ordines.113.Piel per omnes ordines. 127.Hiphil per omnes ordines. 138

Pauſa quid ſit in lingua ſancta. 36. eius officium. 37

Paul cum affixis degenerat in nomen. 181

Pepoal mutat camez in ſceua. 181

Piel cum affixis. 185

Poel mutat zere in ſceua. 181

Præpoſitiones. 255. cum affixis. 210

Pronomen, & eius ſpecies, declinatio, & compoſitio. 76

Pronomina ſeparata. 88. compoſita inſeparata cum verbis,eiuſque compoſitionis varietates diligentiſſimè deſcriptę. 165.vſque 167.

Proprietas magnarum vocalium, & paruarum. 21

Puncta vocalia an fuerint tradita a Moſe in monte Sinai. 7. referuntur opiniones hinc & inde. 8.mea ſentẽtia.9.quinque magna. 18. quinque breuia. 19. tria rapta 20

Q

QVieſcentia verba. Vide Verba.
Quieſcentes litteræ. Vide Litterę.

R

RAbbi Moſis opinio circa verbum Niphal 183

Rabbinorum definitio circa coniugationes Hiphil 185

Rapta,ſeu compoſita puncta quænam ſint. 20.

Re-

Regulæ quatuor de camez. 22. de quieſcent.bus lamed he. 197
Regula de ſceua quieſcente & mobili. 26 & 35. de daghes. 35
Regula neceſſaria ad intelligentiam nominum affixorum, verborumq. 255

S

SAegol, & pathah inter voces paruas recenſentur. 21
Sceua, quomodo ſcribatur. 24 proprietatem huius vocabuli, vide diligenter omnes eius regulas, & de eius compoſitis ibid. & 25. quieſcente. 26. mobili. ibid. compoſito. 26. ſimplici ſub gutturalibus 27. eius exceptio. ibid. duo ſceua quando concurrunt, prius tranſit in ſægol. 181
Scin cum ſægol rarò in ſacris litteris inuenitur. 61
Syllabæ ſeruiles, & earum officia, quæ, & quot ſunt. 68. vſque ad 72

T

TEmpora ſunt quatuor in coniugationibus. 96
Tranſitiua verba deſinunt in holem in primo ordine. 107
Tres præpoſitiones in ſtatu affixorum. 210
Tria nomina in recipiendo affixa interponunt iod. 209
Tria verba in hithpael commutant iod in vau. 49

V

VErba quieſcentia quænam ſint 46, canon generalis ibid. primus ordo ibid. quieſcentia pe aleph, ibid. pe iod 47. appendices ibid. & 48. Piel, & Hithpael quieſc. pe iod 49. Hiphil quieſc. pe iod 49. Hophal quieſc. pe iod 49. canon de ain vau quieſcente 50. Kal quieſc. ain vau 50. appendix 50. Niphal quieſc ain poal 51. Hiphil quieſcentium ain poal 51 quieſc. ain iod. 52, ain iod in Kal. ibi. quieſcent. tertius ordo 53. canon generalis ibid. א quieſcens 53. lamed aleph 54. eiuſq. appendices. ibid. Lamed he 54 quieſc. littera ה 55. patitur repulſam ibid. lamed he in kal 56. Hiphal lamed he 56. Piel lamed he 57
Verba compoſita, eiuſque regulæ, & coniugationes 162. vſq. 165. quatuor, & quinque litterarum, eiuſq. coniugationes 165. perfecta habentia affixa. 181 polyſima habent contrariam ſignificationem in Piel 84. quieſcentia pe aleph cum affixis 191. Hiphal, & Hiphil 192. pe iod ibid. ain vau 193. ain iod 195. lamed aleph 196. lamed he 196 regulæ 197. mixti ordinis. ibid. duplicantia tertiam radicalem. 236
Verbis quo pacto ſubiunguntur affixa, & eius canones 177. & 207
de Verbis defectiuis 188
de Verborum varietate, modo, & ſignificatione 178
Verbum prima pars orationis 89. 165. vſque 178

Z

ZEre, & camez aliquando ſunt permutabiles. 21
Zere non reſoluitur in ſægol 36

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE NVMERO LITTERARVM Hebraicarum. Cap. I.

LITTERÆ apud Hebræos אותיות othioth vocantur, leguntur q. à dextra in ſiniſtram, & omnes ſunt conſonantes, numero ſcilicet vigintiduæ. Sunt autem hæ figuræ earum, atque nomina.

A	אָלֶף	Aleph	א
B	בֵּית	Beth	ב
Gh	גִּימֶל	Ghimel	ג
D	דָּלֶת	Daleth	ד
H	הֵא	He	ה
V	וָו	Vau	ו
Z	זַיִן	Zain	ז
Cc, H	חֵית	Heth	ח
T	טֵית	Teth	ט
I	יוֹד	Iod	י
C	כַּף	Caph	כ ך
L	לָמֶד	Lamed	ל
M	מֵם	Mem	מ ם
N	נוּן	Nun	נ ן
S	סָמֶךְ	Samech	ס
A	עַיִן	Ain	ע
P	פֵּא	Pe	פ ף
Ts	צָדִי	Tſade	צ ץ
Q	קוֹף	Koph	ק
R	רֵישׁ	Reſc	ר
S	שִׁין	Sin	ש
Th	תָּו	Thau	ת

Puncta, ſeu motiones vocales.

Motiones magnæ.

Kamets	קָמֵץ	בָּ	A
Tſere	צֵרֵי	בֵּ	E
Hirik magnum	חִירִיק גָּדוֹל	בִּי	I
Holem	חוֹלֶם	בוֹ בֹּ	O
Vau Sciurek	וָו שׁוּרֶק	בוּ	V

Motiones paruæ.

Pathach	פַּתַח	בַ	A
Sægol	סֶגוֹל	בֶ	E
Hirik paruum	חִרִיק קָטֹן	בִ	I
Kamets raptum	קָמֶץ חָטוּף	בָ	O
Kybburs.	קִבֻּץ	בֻ	V

Puncta rapta.

Hateph pathach	חֲטַף פַּתַח	אֲ	A
Hateph ſægol	חֲטַף סֶגוֹל	אֱ	E
Semipunctum.	Sceuà שְׁוָא	בְ	Valet e, breuiſſimum quando profertur, vt in Grammatica habes.

Simili modo alijs Alphabeti litteris adijciuntur puncta vocalia. Punctus tamen Sceua aliquando conſtituit monoſyllabá, ideo non eſt vocale; ſed cũ indictionibus ſcribitur, & venit legendum, (nõ enim ſemper legitur) raptim legitur, vt דְּגַן שָׂדֶה degan ſade, frumentũ campi; vbi in degan Scheua rapitur: alias enim d, legi non poſſet, niſi Scheua muſſitaret, cum d, & g, non ſunt litteræ connexiles. Sic hic שְׂמֹאל ſmol, ſiniſtra; שְׁמֵנָה ſmena, non ſchemena, pinguis.

Accentus apud Linguam ſanctá, vt recte legatur ſunt duo; vnus eſt מִלְרַע qui vltimam dictionis ſyllabam poſſidet, apud Latinos, breuis dictio, vt lègere; alter eſt מִלְעֵיל longum docère, & poſsidet penultimam ſyllabam, vt אֶרֶץ longam, עֵצִים breuem, &c.

De litteris Alphab. & quibuſdã earũ diſtinctionibus. Cap. II.

IN primis ſeruandus eſt ordo litterarum, vt in Alphabeto eſt ſignatus, quia deſeruit numerationi. Secundò aduertendum eſt diſcrimen characterum, ne cognitio quarumdam figurarum alicui imponit; præſertim Beth, & Caph; Daleth, & Res; Samech, & Mem finalis (de finalibus

bus infra dicemus) Zain, & Nun finalis. Tertio notandū ſex litteras in ſui prolatione aliquando fortificari, quòd Hebræi vocant Dageſſari, aliquando attenuari, quod illi appellant Raphari, colliguntur q. in has duas dictiones, בגדכפת bgad kphath. Intenduntur quando in ventre illarum ſcribitur punctulus vnus ſic בּגּדּכּפּתּ, & tunc Beth facit b, ſimplex; Gimel g, Latinum; Daleth d; Caph c, vel k; Pe p; Tau t. Et quando illo puncto carent remittuntur, fiuntq. laxiores in ſui prolatione, & profertur Beth, vt u, conſonans; Gimel, vt gh; Daleth, vt d, quod in ſibilū degenerat; Caph, vt ch; Pe, vt ph; Tau, vt th. Et nota, quod in ſcriptis codicibus hæ litteræ quando carent punctulo dages, ſemper habent in capite virgulam, quæ raphæ vocatur, hoc modo, בֿגֿדֿכֿפֿתֿ. In impreſſis verò libris id non obſeruatur, ſed cum deſtituuntur dages, perinde eſt, ac ſi haberent raphe. Quarto notandum quinque eſſe litteras, quæ in fine dictionis alijs ſcribuntur figuris, quam in medio, aut principio, & ſunt hæ כמנפצ extra finem; ך ם ן ף ץ in fine. Exempla אָדָם non אָדָמ; ſic חֹשֶׁךְ, nō חֹשֶׁכְ; item בֵּן, non בֵּנ; & כָּנָף, non כָּנָפ; ſic אֶרֶץ, non אֶרֶצ. Inuenitur autem vnus dumtaxat locus in Iſaia, vbi Mem finale ſcribitur in corpore dictionis, idque ſic לְםַרְבֵּה, quod putant non vacare myſterio. Porro litteras finales Hebræi vocant extenſas פְּשׁוּטוֹת, non finales verò כְּפוּפוֹת recuruatas, præter מ, quod appellant פְּתוּחָה apertū, & ם, quod vocant סְתוּמָה. Quinto colligunt Hebræi ex ſuo Alphabeto quatuor gutturales litteras, nempe אחהע, quas vocant גְּרוֹנִיּוֹת, & hæ in Grammatica faciunt ſtudioſo nonnihil negotij, ob id potiſſimum, quod non poſſunt geminari per inſertum dages, vt reliquæ omnes, ac deinde vbi illæ ha-

Litterarū intentio.

Raphe.

Finales.

Gutturales.

bent ſcheua mixtum cum pathah, aut ſægol, in hunc modum -: ·.·: vocanturq. hateph pathah, & hateph ſægol. Exempla, vbi dico צְדָקָה, in ſimili forma ab Aleph dico אֲדָמָה, non אְדָמָה; & ab Heth חֲלָלָה repudiata, infamis, nõ חְלָלָה; & ab He הֲדָרָה decor; atque ab Ain עֲגָלָה quadriga. Exempla de hateph ſægol, vbi ſcribitur in גְבוּל purũ ſcheua, in ſimili forma Aleph habet ·.·: vt אֱנוֹשׁ homo אֱלוֹהַּ Deus, הֶחֱכִים ſapientiam præſtitit, הֶעֱמִיד collocauit, הֶעֱבִיר traduxit הֶחֱכָה ſperauit. Tria ergo ſunt puncta hatephatah

Hatephathah.

ſcilicet ⸱: hateph camez, -: hateph pathah, & ·.·: hateph ſægol. Hateph camez conſtituit ſyllabam, & inuenitur ſub omnibus litteris: hateph pathah verò, & hateph ſægol ſolùm inueniuntur ſub litteris gutturalibus exceptis aliquibus locis. Et quando ſceua ſequitur litteram gutturalem, tunc ex hateph ſegol litteræ gutturalis, detracto ſceua, remanet ſegol; & ex hateph pathah detracto ſceua, remanet pathah, vt יַעַבְרוּ transſibunt, יֶאֱהָבוּ diligent. Notandum quoque hic, quod hateph pathah aliquando inuenitur ſub alijs quàm gutturalibus litteris, præſertim ſi eadem ſequitur conſonans in eadem dictione: tunc enim præcedens littera gemina quandoq. habet -:, vt Geneſ. 29. וְגָלְלוּ voluerunt, ſeu volutarunt.

De litterarum prolatione. Cap. III.

SEcundum auctorem libri יְצִירָה, quinque ſunt instrumenta proferendi litteras, nempe guttur, palatum, lingua, dentes, & labia; inter quæ lingua principatum tenet. Nunc enim verberat aerem ad palatum, nunc propellit ipſum ad dentes, vel ad gingiuas, ſi deſint dentes, vt in ſenibus, nunc radix eius mouetur in gutture, aut epigloto, aut iſophago.

Litteræ gutturales numerantur אחהע, & litteræ palati גיכק, & litteræ linguales דטלנת, & litteræ dentales זסשרץ, atque litteræ labiales בומף. Gutturales, Palati, Linguales Dentales, Labiales.

א Hæc littera qualem habet punctum vocalem, talem habet & pronunciationem, nec pronunciatur abſque vocali.

ב Hæc littera cum ſit ex begad kephath, geminum habet pronunciandi modum. Quando enim dagheſſatur valet b, vt בָּרָא bara; & quando caret dages valet u, conſonantem, vt יָבֹא iauo, אָב au.

ג Cum dages valet g, vt גָּמָל gamal, & ſine dages gh, vel g, aſpiratum, vt לְגוֹי leghoi.

ד Quando habet dages valet d, vt דָּוִד Dauid, & quando eo deſtituitur valet dh, vt לְדָוִד, quæ vox propriè ſcribi nequit.

ה Aſpiratio eſt lenis, qualis ferè apud Latinos eſt h, vt vt הָאָדָם. In fine dictionis non percipitur, & ob id nihil diſcriminis habet in eo loco ab aleph, vt קָרָה, & קָרָא, kara.

ו Littera Vau aliquando conſonans eſt, aliquando vocalis. Eſt conſonans quando proprium habet punctum vocalem, vt וַיֹּאמֶר vaiomer, וֵאלֹהִים velohim, aut in fine dictionis caret omni puncto, vt בָּנָיו banau, פִּיו piu. Eſt vocalis quando habet ſurec in ventre, vt רַבּוּ rabbu, וּמָקוֹם vmakom.

ז Hæc littera valet ſ, gracile, & non acutum, ס, ſamech verò habet ſibilum acutum, & ש ſchin ſibilum craſſum, ac veluti ſpumoſum. Triplex ſ apud Hebræos.

ח Aſpiratio eſt fortis, Latini interpretes verterunt eam plerumque per e, in proprijs nominibus, vt pro חַנָּה

Ha-

Haua,fecerunt Eua, pro חֲנוֹךְ Hanoch, Enoch; נֹחַ Noah, Noe. Sciendum etiam quando hæc littera in fine ſcribitur cum pathah, tunc prolatio vocalis præcedit aſpirationem,vt רוּחַ ruah,non ruha, שָׂמֵחַ ſameah.

ט Facit t, Latinum,vt טוֹב, mutaturq. aliquando in Tau litteram,eo quod ſint litteræ eiuſdem inſtrumenti vocalis,vt תָּעָה, & טָעָה errauit.

י Valet i, conſonantem litteram, vt יַעֲקֹב Iaacou.Et quādo nō habet proprium punctum quieſcit,vt פָּנָיו panau, דְּבָרֶיךָ deuaracha, שָׂרַי ſare. Solet etiam nonnumquam in fine dictionis eſſe tamquam vocalis, idq. tū quando præcedit vnum ex his quatuor punctis vocalibus, pathah, cametz,ſurec, & holem, vt c, דְּבָרַי deuarac, מָדַי madai, גּוֹי goi, עָשׂוּי aſui.

כ ך Cum dages valet c,vel k, vt כֶּלֶב Kælæu; ſine dages ch, vt זֵכֶר zecher. In fine ſemper habet, aut ſceua,aut camez, vt חוֹשֶׁךְ hoſcech, יָדֶךָ iadecha. Admittit quoque interdum in fine punctulum dages,vt יִשְׁמְרֶךָּ ijſmerecca.

ל Facit l,apud Latinos, & ſola inter Alphabeti litteras erigit caput in ſublime, ideo vocatur Rex litterarum, tenetq. locum medium in Alphabeto.

מ Facit m, Latinum; finalis eius figura nullum recipit punctum vocale.

נ Facit n,in fine dictionum,numquam admittit punctū, prēterquā in tertia plu.futur.fœm.vt. יִשְׁמוֹרְןָ pro יִשְׁמֹרְנָה.

ס Huius litteræ prolatio ſupra eſt expreſſa iuxta litterā Zain: valet enim ſ, acutum.

ע Tametſi huic litteræ ſupra in Alphabeto adiecerimus vocalia a e i o u, proinde quaſi nullum diſcrimen eſſet inter ipſam,& Aleph; differt tamen plurimum ab ea,

ſed

ſed cuius genuinam pronunciationem etiam Iudæi ipſi hodie ignorant, niſi cum in fine ponitur cum pathah, tūc exprimunt ipſum per a, in gutture formatum, vt שְׁמַע ſciamagh, quod legunt quaſi ſciamaa, cum diphthongo.

פ Hæc littera dageſſata valet p, & ſine dages ph, finalis eius figura nullum vmquam admittit punctum vocale.

צ Huic littera apud Latinos reſpondet z, quod alij vocant ſ, ſtridulum, vt צַדִּיק zaddic. Finalis eius figura nūquam habet ſubſtratum punctum vocale. Vocatur autem hæc littera a quibuſdam Zaddic, ab alijs Zade.

ק Valet K, Latinum, ſeu Kappa Græcum, nec vnquam flectitur ab hac prolatione, quod dico propter c, Latinum, in quod a quibuſdam vertitur.

ר Facit r, Latinum, & quantum attinet ad punctum dages numeratur litteris gutturalibus, de quo infra.

ש Habet hæc littera duplicem prolationem. Nam cum punctum habet in capite dextro, quod Hebraicè יָמִין vocatur, valet ſ, craſſum. Quādo autem habet punctum in capite ſiniſtro, quod שְׂמֹאל vocatur, non differt a prolatione ſamech.

ת Cum puncto dages facit t, & ſine dages valet th.

De punctis vocalibus. Cap. IV.

MOuet Elias Leuites quæſtionem in præfatione libri Maſoret hammaſoreth, num puncta vocalia, & accentuum Moſi tradita fuerint in monte Sinai, vna cum litteris, aut non, adducitq. multos Rabinos diuerſa ſentientes. Quidam enim opinantur legem ſic traditam Moſi, vt nec apex aliquis defuerit; alij verò aſſerunt puncta inuentum eſſe humanum, & in eam ſententiā it quoque Elias. Et hic rurſum diuerſæ ſunt opiniones. Alio-

&

Synagoga magna. qui enim putant viros maioris concilij, quos vocant אַנְשֵׁי כְנֶסֶת הַגְדוֹלָה puncta addidiſſe legi. Sunt autem hi viri magnæ Synagogæ Haggæus, Zacharias, Malachias, Daniel, Hananias, Miſael, Azarias, Ezra, Nehemia, Mardochæus, Zerubabel, &c. Alijs hæc ſententia non placet, aſſerunt tamen & ipſi, Moſen quidem primum non omnia ſcripſiſſe, ſed nudam legem abſque punctis tradidiſſe Iſraelitis, & ab Iſraelitis obſeruatum, quomodo Moſes legit ſingulas legis dictiones, & quomodo diſcreuerit vnum vocale ab alio, atque conſuetudinariam illam legis lectionem à Iudæis obſeruatam, etiam multis annis poſt deſtructionem templi ſecundi, vſque dum congeſtum fuit ingẽs

Aeditio Thalmud. illud Thalmudicum opus, quod fuit anno ab initio mundi 3989. anno verò poſt Chriſtum natum 229. ſecundum calculum noſtrum. Elias tamen aſſerit id factũ anno poſt deſtructum ſecundum templum 436. qui eſt annus Chriſti 476. Tunc ſurrexerunt בַּעֲלֵי הַמָּסוֹרֶת, hoc eſt, magiſtri

Iudæi Tiberitæ. traditionis, viri quidam Tiberitæ, qui præ cæteris Iudæis exercitatiores erant in lege, & Prophetis וְצַחֵי לָשׁוֹן מִכָּל שְׁאָר הַיְהוּדִים, ideſt elegantiorem tenebant linguam Hebraicã, caſtigaruntq. & repurgarunt totam Scripturam ab innumeris mendis, addiderunt puncta vocalia, & diſtinxerunt verſus, & ſententias per accentus. Antea enim, vt Cabaliſtici quoque dicunt, tota lex erat quaſi paſuc, ſeu ſententia vna, & omnia cohærebant ſine vlla verſuum diſtinctione. Iudæi autem illi Tiberitæ, qui ſcilicet habitabant in Mœſia Paphlagoniæ, ſecundum ea, quæ illis tradita fuerant a maioribus in Sacra Scriptura, & oretenus acceperant, omnia redegerunt in librum, vſi lingua difficillima, ne myſteria paſſim omnibus proponerent, collatiſq. mul-

tis Biblicis exemplaribus,caſtigarunt totum Biblicum corpus ſuſtulerunt errores,qui vitio ſcriptorum irrepſerant, additione punctorum vocalium ambiguas voces declarauerunt,atque per accentum notulas in volutiores ſententias explicarunt. Nam accentuum figuræ apud Hebræos nedum id præſtant,vt ſcias vbi vox ſit eleuanda,vel deprimenda,verum & diſtinguunt ſententias in pauſas, mēbra, & alias ſubdiſtinctiones;quare & nomine טַעַם id eſt ſaporis,ſeu guſtus apud eos vocantur,quod ſcilicet rectam ſententiæ intelligentiam ſua diſtinctione lectori offerant, ſicut puncta vocalia id præſtant, ne quis in dictione erret, ſed veram eius lectionem habeat. Hinc enim deprehendimus veteres interpretes nonnumquam in vnius dictionis lectione ob punctorum ſequeſtrationem variaſſe, vt in Pſalm. 110. vbi ſcribitur עַמְּךָ נְדָבוֹת ibi quidam legerunt immecha,tecum: alij ameha,populus tuus.

VErum hæc ſententia Eliæ,cæterorumq. Iudæorum eã amplectentiũ,tamquam falſa a me reijcitur, & amplectendo veram,germanamq. ſententiam dico, quod puncta, vnà cum accentibus, & litteris, Deum Opt. Max. auctorem habent, qui Linguam ſanctam in perfecto ſtatu creauit,eamq. primum docuit hominẽ, vt ait Sanctes Pagninus in lib. 1. Inſtit.cap. 1.cunctis linguis, in quas deinde fuit diuiſa,& perfectiorem, & ad legendum aptiorem. Quippe qui & תּוֹרָה id eſt legem,quam dedit Deus Moſi in monte Sinai,non nudis tantum litteris,ſed etiam punctis, accentibuſq. diſtinctam dedit; alias lex perfectè data non fuiſſet,quod non eſt dicendum: cum enim quælibet littera diuerſa habere poſſit puncta, alij aliter legerent, & ſic tota Scriptura eſſet ambigua,vt magis patebit infra. Sententia Auctoris.

B Quod

Quod vt clariùs appareat contra ipſos met Hebræos, & contrariæ ſententiæ ſequaces, probabitur primò aliquibus auctoritatibus Rabbinorum, & deinde ratione.

Prima eſt R. D. Kimhi magnę apud eos auctoritatis, qui in ſuo Michlol pag. 96. ita ſcribit: Hoc autē non dixerunt Rabbini noſtri ad mutandum הַתְּנוּעוֹת idest motiones, ſeu vocales, quæ datæ ſunt Moſi à monte Sinai: vbi hic loquitur de punctis, ſeu vocalibus, quæ ſcriptæ erant in lege. Idē etiam aſſerit Elias in libro צח שְׂפָתַיִם dū dicit, quòd puncta data ſunt in monte Synai. Quo in loco apertè ſibi cōtradicit, cum dixerit in præfatione libri maſoreth hammaſoreth, quod viri Tiberitę punctatam dederunt legem, quod certè falſum eſt.

Secunda eſt ex libro Semadar, magnæ etiam apud eos auctoritatis, vbi in principio ita legitur: Si quis dixerit, Vnde ſciemus, quod ex ore Dei dictata eſt punctatio, & accentuum ratio? Reſponderi poteſt: Scripturam perfectam, ſeu perfectè datam fuiſſe, iuxta illud Deut. 27. ℣. 8. Scribes itaque in lapidibus omnia verba legis huius explanando benè. Ergo ſi non fuiſſent puncta, & accentus, quibus explicantur voces, nemo potuiſſet intelligere ſenſum earum: Exempli gratia, eadem vox potuiſſet legi שְׁלֹמֹה שְׁלָמָה שֶׁל מָה שַׁלְמָה שְׁלֵמָה Et eodem modo in hac שֵׁם שָׁם שַׁם שֹׁם & ſic de mille alijs dictionibus, quæ propter varietatem punctorum, quæ habere poſſunt, tam diuerſa, atque inter ſe diſcrepantia ſignificant.

Tertia depromitur ex commentariolo, quod circa Maioram magnam impreſſum eſt, in quo ſic legitur: Veriſſimum eſt, quòd lex data fuit Moſi in monte Synai punctis, accentibuſq. diſtincta. Quod etiam colligi poteſt ex qui-

bul-

buſdam punctis,accentibus,& litteris,quæ extra ordinem grammaticæ in ſacra Scriptura poſita ſunt,ex quibus Doctores Hebræi quamplurima myſteria colligunt, quæ indicant non opus humanum eſſe; ſed diuinum, vt patet ex illo Eſaiæ 9. לְםַרְבֵּה idest,ad multiplicationem: & Ezræ libro 2.c.2. הֵם hoc eſt ipſi. Et de punctis, & accentibus; vt Gen. 16. 5. וּבֵינֶיךָ , quem locum Maſorethæ notarunt. Et Gen. 18.9. אֵלָיו , de qua dictione vide in Bereſcit rabba. Et Ge. 33. 4. וַיִּשָּׁקֵהוּ , id eſt, Et oſculatus eſt eum. Et Num. 3.39. וְאַהֲרֹן , ideſt, & Aaron. Et ex multis alijs locis, quæ hìc omnia recenſere non eſt noſtri inſtituti. Quoad accentuum autem lectionem in Scriptura,nihil dicam, cũ multi ex doctiſſimis hominibus non attendentes vim, & naturam accentuum, huc,illucq. Scripturæ ſenſum volutauerint; & ipſemet R. Salomon in ſuis commentarijs fateatur ſe multa ſacræ Scripturæ loca, niſi accentus diſtinguentes fuiſſent, ſe interpretari ea neſciſſe.

Hæ ſufficere poſſent auctoritates,ad contrariorum falſam ſententiam eneruandam; ſed vt magis veritas eluceat, ſicut promiſimus ſupra.

Primo probatur ratione; nam ſcriptura Veteris Teſtamenti eſt à Deo per Prophetas tradita, non ſolùm quoad ſenſum,ſed etiam quoad verba: vnde enim (vt ait Sanctes Pagnin.)niſi ex verbis ſenſus elicitur? Si quoad verba,ergo etiam quoad vocales,ſine quibus verba nulla conſtare poſſunt,& quoad accentus diſtinguentes,ſine quibus orationis ſenſus eſſet perturbatus.

Secundo, nam puncta vocalia ſunt anima ſyllabarum, & vocum,atque adeo viuæ pronunciationis. Similia ſunt puncta legis Moſaicæ animæ vitali in corpore humano,

vt ait in סֵפֶר הַבָּהִיר, ideſt in libro illuſtri R.Nehemiæ, qui vixit ante compoſitas Deuteroſes,ſeu contextus totius Talmud.Et in Zoar(qui liber eſt multo antiquior,& celebrior apud Iedæos, non tantum exponens quinque libros Moſis, ſed & reliqunm vetus Teſtamentum, quiq. ſecretiori lingua Ieroſolymitana ſcriptus eſt) in Cantica Canticorũ hæc habentur: Nullæ poſſunt litteræ proferri in hanc,aut illam partem,niſi cum punctis. Omnes litteræ (nempe Hebraicæ)ſunt ſicut corpus ſine anima, quia omnes ſunt conſonæ,cum adueniunt puncta (ideſt vocales) cõſtituitur corpus in ſua ſtatura. Iam quis quæſo qui ſit aliquo iudicio præditus,neget Moſen, & Prophetas ſcriptione ſua viuam vocem, cuius vocales præcipuam partem conſtituũt, ad plenum repræſentaſſe.Etenim cum vocales ſolæ in ſermone ferè audiantur,quomodo ſapientiſſimi homines in Scriptura, ſermonis imagine effingenda, præclaram, ac præcipuam eius partem omiſiſſent, obtuſiorem dumtaxat,& obſcuriorem, conſonantes videlicet expreſſiſſent? Quod illis impingere non minus abſurdum eſt, quam ſi quis peritum pictorem hominis figuram pingendo, imitantem faciem,& quicquid hominem notum,conſpicuũq. reddat,vel inſcitia occultaſſe,vel negligentia prætermiſiſſe affirmet.

Tertio, nam ſic incertum,& dubium foret, totum vetus Teſtamentum, alijs aliter legentibus, cum nulla ſit cõſona,cui nõ poſſint alia,atq, alia ſubijci,vel adijci pũcta.

Quarto, nam ſi nunc a punctuatione, & diſtinctione hominum Tiberitarum, qui Prophetæ non fuerunt eſſet pendendum,neceſſe foret, vt hominibus, non Deo crederemus, quod certè abſurdiſſimum eſt.

Quin-

Quinto, Nam ſi à Maſſoretis demũ vera lectio, & pronnnciatio Prophetarum eſſet oſtenſa, eſſemus ædificati ſuper fundamentum Maſſoritarum, & non ſuper fundamentum Prophetarum.

Sexto, quia lectio iam non eſſet authentica; nam penderet tota à iudicio Maſſoritarum, & non ab auctoritate Dei per Prophetas loquentis. Quæ autem religio poſſet vllum permouere, vt iudicet ſibi Maſſoritarum lectioni eſſe acquieſcendum?

Septimo, & vlt. probatur efficaci ratione: nam punctis ſcripta Veteris Teſtamenti, iam multo tempore ante Chriſti Domini noſtri aduentum diſtincta fuerunt, & ſanctiſſimo ipſius ore approbata, ſicut conſtat ex c. 5. Matth. vbi Dominus dicit: אָמֵן אָמֵן אֲנִי אוֹמֵר לָכֶב עַד שֶׁיַּעַבְרוּ שָׁמַיִם וָאָרֶץ לֹא תַעֲבֹר יוֹד אַחַת אוֹ עוֹקֶץ אֶחָד מֵאֵת הַתּוֹרָה עַד שֶׁיִּמָּלְאוּ הַכֹּל:, ideſt: Amen amen ego dico vobis donec prætereat cælum, & terra, iod vnum, aut vnus apex (non præteribit) à lege, donec completa fuerint omnia. Quibus verbis clarè teſtatur Scripturam diuinæ legis non ſolum conſonantibus (quæ per iod earum minimā intelliguntur) ſed etiam apicibus conſtare, per quos puncta vtique denotantur, atq; vtriſque parem, antiquitatem, & auctoritatem attribuit: tũ à Patre cæleſte ea eſſe profecta agnoſcit, eaq. nobis ea religione commendat, vt quibus æterna Dei voluntas, & vera ſalus dumtaxat contineatur; quibus ideo perficiendis, & implendis quicquid cælo terraq. comprehenditur, ſubiectum eſt. Hoc vnius Chriſti teſtimonium plus ponderis, & auctoritatis habere debet apud nos, quàm eorum qui vanè dicunt priſcos Hebræos vocalibus deſtitutos fuiſſe. Vorum his non eſt auſcultandũ, ſed Spiritui ſancto, qui iuxta

Chri-

Digitized by Google

Chriſti Magiſtri, ac Domini noſtri teſtimonium Scripturas ſacras ad extremum vſque apicem purè diuinas eſſe in animis electorum obſignat.

Neque obſtat, quod nobis, miſeri, & infelices illi Iudæi obijciunt, dicentes, ſe legem à Moſe accepiſſe abſque punctis, & accentibus, atque adeo Doctores eorum ſemper ita ſcripſiſſe; inuentores autem punctorum Maſorethas Hebræos fuiſſe.

Huic vaniloquio, ne dicam argumento, reſpondimus ſupra in probationibus, neque alia impugnatione dignũ eſt, cum ſit apertiſsime falſum, & temerarium: Moſes enim legem quam de monte Synai acceperat, perfectiſſimam dedit eis, ita vt nec apiculus quidem vnus (vt ita dicam) deeſſet. Ipſi autem peruerſiſſimi homines, multis poſt annis quibus legem acceperant, volentes ſenſum Scripturæ ſacræ contorquere atque peruertere, abſtulerunt puncta, & accentus, & legem ſanctam Dei quoquò volebat modò interpretabatur. Inde autem poſt multos annos ſurrexit plebecula quædam rudis, & ignara (ſicut etiam ſunt Iudæi hodierni) quæ volens aliquò modo nomen ſuum poſteritati commendare, inuenit exemplar quoddã ex antiquis quod punctis, accentibuſq. diſtinctum erat; cernens, quod nulla alia exemplaria ita ſcripta reperirentur apud illos, imprimere fecerunt ſic Bibliam, alioſq. libros eorum, vt verbi gratia, Pirkè Auoth, Mahazor, & nonnulla alia, non ſine aliqua mutatione punctorum in Scriptura ſacra, & conſequenter peruerſione ſenſus. Et iſti homines vocati fuerunt Iudæi Maſſoritæ, qui ſe punctorum inuentores vocauerũt. O vtinam ſe falſitatũ inuẽtores nominaſſent, decuiſſet eos credo potius hoc nomen, quam illud. Demum poſt aliqua

tem-

tempora ſurrexit Elias quidam Germanus, qui ad multa deliria, quæ ſuis in libris dixit, hoc etiam addere voluit in præfatione libri Maſſoreth hammaſoreth, aſſerendo, quod Iudæi Tiberitæ, ſeu Maſſoritæ, punctorum, & accentuum inuentores fuerunt. O temeritatem admirabilem? fieri ne poteſt, vt vſque adeo Iudæorum ſuperbia, & temeritas creuerit, vt ea, quæ à Deo Opt. Max. creata ſunt, ſibi ipſis propria facere voluerint? Nec mirum eſſe debeo; quod Elias iſta dixerit; fuit enim purus Grammaticus; ideoque myſteriorum, ſenſuumque ſacræ Scripturæ ignarus. Hunc multi ex fatuis Iudæis ſunt ſecuti in hac ſententia; & quod caput eſt etiam plerique ex fidelibus Chriſtianis, quaſi laqueis harum gentium irretiti in hanc ſententiã proruperunt; ſed hi pauci ſunt fateor, & magna ex parte imperiti, qui vt noui aliquid in ſuis libris ſcriberent, hanc ſententiam, vt monſtrum quoddam omnibus degentibus protulerunt; neſcientes, quod hoc eſt fictitium Iudæorum commentum, qui ſicut in execrabili illo Thalmud, & in Caballiſticis libris tam falſa, fabuloſa, & ridicula dixerunt: ita etiam hic facere voluerunt. Ideo autem in eorum ſynagogis legem abſque punctis, & accentibus habent, (ſolum quibuſdam coronis quas תגין appellant, ſupra quaſdam litteras adiectis) vt poſſint Scripturam ſacrã, quoquo modo velint, interpretari, & propter diabolicam eorum ſuperſtitionem. Scribunt autem libros ſuos, ideſt, commentaria, & alios libros abſque punctis, & accentibus, ad effugiendum laborem, vt ipſimet dicunt, qui debet poni ab addentibus puncta, & accentus, vt ſciant quem nam punctum, & accentũ requirant nomina illa, & verba. Intelligunt autẽ illos ſuos libros abſque punctis, etiam qui nec grammaticæ ve-

ſtibulum ſalutauerunt, ſolummodo audiendo Rabbinos ſic, vel ſic legere, & propter practicam quam habent in legendo hunc, vel illum librum, ſciunt legere alios minus difficiles.

Obijciunt & contra noſtram ſententiam Iudæi teſtimonium R. D. Kimhi, qui in ſuo Michlol pag. 96. col. 2. auctores punctorum appellat מְתַקְּנֵי הַנִּקּוּד, ideſt, Ordinatores, ſeu Diſpoſitores punctationis. Vnde Elias vult huius auctoris ſententiam fuiſſe, vocales Moſi in monte Sinai datas eſſe quoad ſonos differentes, non quoad figuras.

Ad hanc obiectionē reſpōdetur, quod Iudæi ſuoſmet auctores nō intelligunt, ſicut nec Elias hoc in loco. R. Kimhi enim non intelligit pro ordinatoribus punctorum, auctores punctorum, ſed eos potius qui puncta in diuturnis, ac varijs Iudæorum exilijs, ac iactationibus in eorum lege negligenter aſcripta, & obſeruata emendauerunt, & ad æternam Dei in monte Synai ordinationem reuocauerunt.

Itaque relictis Hebręorum vanitatibus, hæc noſtra ſententia Doctorum omnium iudicio præferenda eſt; ſcilicet, quod lex in monte Synai cum punctis, & accentibus à Deo data eſt Moſi, & ipſe Moſes ſic in ſynagogis aſſeruari voluerit; & quemq. auctorem Propheticorum, & Sacrorū librorum, dediſſe librum ſuum punctatum. Huicq ſententiæ ego manibus, pedibuſq. hæreo, neque ea meliorem, nec veriorem inueniri poſſe exiſtimo. Ecquod enim acumen ingenij humani tantum quod ex ſolo auditu, aut prælectione nuda tantam ſonorum differentiam, tot vocum diuerſitatem, tam accuratam, tot verſuum, & ſententiarum per ſingula membra diſtinctionem, diſtinctè complecti, & quæ memoria tam tenacilſima fuit, quæ iſta omnia per

tot

tot ſæcula probè retinere, conſtanter, ac nuſquam impingente vel voce, vel memoria, alios docere, & poſteritati ſecuturæ adeo fide tradere potuerit, vt indubitata omnium veritas, fideſq; inter tam aduerſas, & crebras Eccleſiæ Iudaicæ tempeſtates, ad Maſoretharum vſque tempora peruenerit? Nouo autem, & numquam viſo tali punctorum inuento, Sacram Scripturam illuſtrare, ac genuinum eius ſenſum patefacere, Diuini potius, & Prophetici, quàm humani ingenij fuit.

Quod autem in deſcriptione priuatorum exemplariũ, punctandi ratio paulatim fuerit ab initio intermiſſa, hoc effecit (vt ſupra dixi) partim operoſus, & moleſtus labor, qui hominem perdiligentem requiſiuit, quales ſinguli è plebe eſſe non poterant; partim linguæ Hebrææ familiaris, & communis in quotidiano ſermone vſus, propter quem facilè aſſueuerunt eam legere, & intelligere, citra omne vocalium adiunctarum in ſcriptura adminiculum. Sacra verò, & authentica exemplaria pro Sacerdotibus, & Doctoribus populi in Eccleſijs ſtudioſiſſimè aſſeruata fuere, vt dubijs explicandis, & conuincendo populo inſeruirent. Sic Moſes librum legis, qui תורה vocatur, a ſe conſcriptũ iuſſit reſeruari in loco ſacro, vt eſſet loco teſtis contra populũ, vt dicitur Deut. 31. 26. Sic idẽ ille, poſteaquã diu latuiſſet, Regis Ioſiæ tẽporibus, à Chilchia Sacerdote fuit in domo Domini repertus, & publicè corã Rege lectus, 2. Re. 22. 8. Tandem verò cum perſecutiones, & exilia grauiſſima increbeſcerent, viri docti diſtraherentur, ſcholæ, & ſynagogæ ferro, igniq. miſerè vaſtarentur, adeoq. legis ſtudium penitus intercidere videretur. Excitauit Deus in ſcripturis potentes viros, qui ſacram Scripturam veteris Teſtamenti ad

C pri-

priſtinum ſtatum reuocarent, atque ſic non noui inuenti auctores, ſed priſcæ veritatis authenticis exemplaribus cõtentæ, potẽtes aſſertores, & reſtauratores fuere, quòd & nomen ipſorum, quo à Rabb. מְתַקְּנִים appellantur, indicat.

Neque verò characteres litterarum Hebraicarum vſquam mutati fuerunt, ſed ſemper ſpeciali Dei gratia ijdem qui ab initio mundi fuerunt, quibuſq. lex à Deo Opt. Max. tradita eſt in monte Synai, cæteriq. Prophetæ ſcripſerunt ijdem penitus, penituſq. vſque ad hodiernum diem perſeuerant. Nec audiendi ſunt ij, qui cũ reperiſſent, vidiſſentq. quædam numiſmata, litteris Samaritanis ſcripta, putauerũt eos eſſe antiquiſſimos, & primos characteres Hebraicos. Ego enim ſuperioribus annis vidi numiſmata quædam antiquiſſima, in quibus ex altera parte erant eædem litteræ quadratæ, quibus etiam nunc vtimur. Diuerſus enim character eſt Samaritanorum, & Hebræorum; hi autem auctores huius ſententiæ diſcernere nequiuerunt inter vtroſque characteres qualis eſſet differentia, & propterea falſa dixerunt.

Nos igitur veritatis amatores aſſerere debemus cũ doctiſsimis viris, quod eædem litteræ, eadem puncta, & accentus vſque nunc perſeuerant, qui à Deo Opt. Max ab initio huius linguæ, quam creauit extiterunt.

Sed ne amplius in iſtis immoremur, ad propoſitum noſtrum reuertamur de punctis vocalibus.

Puncta itaque vocalia quæ à Grammaticis הַתְּנוּעוֹת, id eſt, motiones vocantur. Decem numero ſunt; quorũ quinque puncta magna, ſiue longa vocantur; quinque verò parua, ſeu breuia.

Primũ eſt Cametz ָ קָמֵץ, quod à R.D.Kim.in Miclol vo-

vocatur קָמֶץ גָּדוֹל. Quare autem ſic vocetur. Elias Leuita in Thisbi ſub rad. קמץ hanc ratioñe reddit: קָרְאוּ לִנְקוּדָה בְּזוּ קָמֶץ שֶׁבַּהֲבָרָתוֹ צָרִיךְ לִקְמוֹץ שְׂפָתָיו יַחַד וּכְפַתַח צָרִיךְ לִפְתּוֹחַ אוֹתָם: Hoc eſt, Vocant punctum Cametz ſic, quod in prolatione eius vocis neceſſe ſit conſtringere duo labia ſimul, quæ in proferendo pathah aperiuntur, & diſtenduntur: & ſic cametz in pronunciatione ſua reddit ſonum quoddam medium inter a, & o, iuxta eius germanam prolationem.

Secundum eſt Zere ſic ·· צֵרֵי, quod etiam vocatur à Grammaticis קָמֶץ קָטָן ideſt, cametz paruum; & ſonat idem quòd e, Latinum.

Tertium eſt Holem ſic ו חוֹלֶם, quod eſt punctum ſupra litteram à latere dextro; & ſignant o, plenũ apud Latinos.

Quartum eſt Kiric gadol אִי punctum ſub littera, ſequente Iod, ſignificans i, Latinum.

Quintum eſt Sciurech, quod & à Iudæis Conſtantinopolitanis vocatur ſciruch, & eſt huiuſmodi וּ ſignificat u, Latinum.

Vocantur autem hæc puncta Longa, ſeu Magna, quia plenam, & apertam, ac viuam prolationem habent; & hæ habent vim ſupplendi dagheſc, quod aliquando reijcitur à littera, & ſub ſe, vel in ſe (virtualiter) continent Iod, vel Vau quieſcentem.

Puncta breuia ſunt etiam quinque.

Primum eſt Pathah ſic - פַּתַח, quæ vox ſignificat apertionem, quod eius prolatio os apertum, & diſtentum requirat, & ſonat a, Latinum; quod punctum etiam vocatur פַּתַח גָּדוֹל Pathah magnum.

Secundum eſt Sægol ſic ∴ & profertur voce quadam media inter a, & e, vocaturq. etiam פַּתַח קָטָן ideſt Pathah

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

paruum, habetq. à forma ipſa nomen iſtud: nam peculium cui tres lapides pretioſi ſunt incluſi, vocatur סְגוֹלָה, quod alij murenulam appellant.

Tertium eſt Hiric caton, quod eſt huiuſmodi אִ, quod & vocatur חִרִיק בְּלֹא יוד, ideſt Hiric ſine iod, & ſignant i, paruum apud Latinos.

Quartum eſt Hatephcamez, quod & קָמֵץ חָטוּף vocatur & eſt huiuſmodi ֳ & valet o, breuiſſimum.

Quintum eſt Kybuts ֻ quod & vocatur קִבּוּץ שְׂפָתַיִם, id eſt collectio labiorum. Nam ad prolationem eius neceſſaria eſt collectio, & plicatio labiorum. Sunt qui etiam hoc punctum vocent שָׁלשׁ נְקוּדוֹת, ideſt, tria puncta: conſtat enim tribus punctis quaſi ſcalarijs.

Iſta quinque puncta, breuia vocantur, eo quod breui, & humili ſono, quaſi ſemiclauſo ore, & voce exili proferuntur, & ideo quaſi ſemiuocales dicuntur.

Reſtant modo puncta rapta, ſeu cōpoſita, quæ tria ſunt. Primum Chateph camets ֳ quod ſonat o, breuiſſimum, vt dixi ſupra.

Secundum Chateph pathah ֲ ſonans a, breuiſsimum, quod ſolùm ſub gutturalibus litteris אחהע ponitur; quanquam ſub vno, aut altero loco in ſacra Scriptura reperiatur ſub non gutturali.

Tertium eſt Chateph ſegol ֱ quod & ſolum ſub gutturalibus ponitur, & valet e, breuiſſimum.

Hæc, vt dixi, gutturalibus tantum ſeruiunt, vt docet Elias; nam cum Sceuà ſub ſe, vt plurimum minime patiantur, neque etiam in medio dictionis, opus fuit vt ſceuà componeretur, cum his vocalibus, vt eaſdem gutturales moueret, & facilior eſſet pronunciatio.

OB-

OBSERVATIONES CIRCA PVNCTA VOCALIA.

Proprietas magnarum vocalium.

VOces גְדוֹלוֹת ideſt magnæ, per ſe faciunt ſyllabam, & poſſunt capere pauſas, accentus, & virgulam מֶתֶג, i. retinaculi. Itemq. in eis poſſunt quieſcere litteræ אהוי at lineolã machaph nõ ſuſtinent, niſi fuerint iunctæ litteris quieſcẽtibus. Præterea non habent poſt ſe dages, aut ſceuã mutũ, niſi notetur accentu. In ſolo vocabulo בָּתִּים i. edes, ſequitur dages vocalem magnam accentu carentem.

Proprietas vocalium paruarum.

VOcales קְטַנּוֹת i. paruæ, contrariam habent rationem; nunquam enim per ſe abſoluunt ſyllabam, ſed vbique cõnectunt ſibi litteram ſequentem; proinde neceſſe eſt, vt eas ſemper ſequatur aut dages forte, aut ſceuã mutum. In vocibus paruis in eis non quieſcunt litteræ אהוי.

Ancipites vocales.

SEgol, & Pathah inter voces paruas recenſentur, & tunc eas ſemper ſequitur dages forte, aut ſceua mutum, vt אֶפְּקֹד אֶפְקֹד.

Cum verò non habuerint poſt ſe nec dages, nec ſceuã, reputantur pro longis, atque notantur accentu, aut methegh, vt גֶּפֶן הָעֵדוּת.

Hinc etiam in eis aliquando quieſcunt aleph, & iod, מְלָאכֶת לִקְרַאת תִּרְצֶינָה

Pathah in fine ſub litteris gutturalibus eſt גְּנוּבָה i. aſcitum, vt בּוֹטֵחַ.

Cognatio vocalium.

CAmets, & zere aliquando ſunt מִתְחַלְּפוֹת permutabiles, eam ob rem zere olim vocabatur קָמֵץ קָטֹן.

Zere, & chirech magnum, propter cognationem ſunt com-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

cõmmutabiles;veteres chirech nominabant etiam שֶׁבֶר id eſt contritionem.

Holem,& ſciurech cognationis gratia dicebantur olim מְלֹא פוּם. ideſt os plenum.

Paruæ voces vt ֶ ִ & chirech paruum ſunt confratres, hinc ſegol olim vocabatur פַּתַח קָטֹן ad cuius differentiam pathah denominabatur פַּתַח גָּדוֹל. Hæc punctorum nomina in commentarijs paſſim inuenies.

Chateph camez, & Kybuz propter cognationem ſæpiſſime inter ſe commutantur, vt גֳּדְלוּ Pſal. 150. pro גֻּדְלוּ.

De duplici Camez diſcernendo.

KAteph camez aliquando ſine cateph adiuncto ſcribitur ָ quod à Grammaticis tunc vocatur קָמֶץ חָטוּף nihilq. aliud eſt, quã ipſum ֳ: quod à ָ magno plurimum quidẽ differt,quantitate,pronunciatione, ſed non forma. Et his regulis ſumptis à proprietate vocalium diſcernitur.

Primum, omne camez habens poſt ſe aut dages, aut ſceua mutum, eſt catuph,vt הַטָּבְעוּ חָנֵּנִי.

Secundum, omne camez in fine habens machaph, vel carens aut accentu, aut quieſcente littera eſt catuph, vt כָּל־אִישׁ omnis vir, וַיָּקָם & ſurrexit.

Tertium, omne camez ex holem alleuiatum, ideſt, quando holem conuertitur in camez, illud camez eſt camez chatuph, vt à קֹדֶשׁ fit קָדְשׁוֹ.

Quartum, rurſus omne camez ſequitur ſceua, & illud camez non habet methegh, illud camez eſt camez catuph, vt זָכְרָה recordare, habet ſub zain camez paruum, quod cognoſcitur ex abſentia methegh.

De duplici Chirech magno.

CHirech magnum quandoque ſcribitur abſque iod, &

præ-

præſertim ſi in eadem dictione fuerit aliud iod, vt Gen. 40 שָׂרִגִים & שָׂרִגִים, item Reg. 9. בְּנִתַּת, & ſic נְשִׂאִים Exod. 35. בַּנְּשִׂאִים.

Primum, omne Chirech poſt quod non ſequitur dages aut ſceua mutum eſt vocalis magna, poteſtq. ſuſcipere accentum, aut retinaculum, vt יִירְשׁוּ poſſidebunt, Pſ. 37.

Secundum, omne chirech in vltima ſyllaba eſt magnũ, vt Ezech. 29. וְאִסְפְתִּר. Iere. 35. וְאֵבִא excipiuntur מִן עִם אִם.

De duplici Kybuz.

KYbuz vſurpatur nonnunquam pro ּ, & præſertim ſi in eadem dictione duo ſciurech erant ponenda, tunc pro altero ſcribitur, plerumq. ornatus gratia, vt Pſal. 1. יָקֻמוּ, & Num. 32. תְּשֻׁבוּן.

Omne Kybuz, poſt quod non ſequitur dages, nec ſceua mutum, eſt loco vocalis magnæ, poteſtq. capere pauſam, accentum, & retinaculum, vt יָפֻצוּ אֹיְבֶיךָ Num. 10. pro quo ſcribitur Pſal. 68. וְיָנֻסוּ.

Secundum, ſimiliter ſi Kybuz ponitur in vltima ſyllaba, vt כֻּרֻם Pſalm. 12.

De duplici Chatheph camez diſcernendo.

SVb gutturalibus aliquando eſt vox perfecta, & aliquando imperfecta. Perfecta, & parua vocalis eſt, cum eam ſequitur aut dages, aut ſceua, vt חָנֵּנִי ſic אָרְכּוֹ i. lõgitudo eius. Imperfecta vocalis eſt quando eam non ſequitur dages, nec ſceua, & vſurpatur pro ſceuà compoſito, vt הָעֳמַד conſtitutus eſt.

De Holem.

HOlem, aliquando ſcribitur cum vau, aliquando abſq; eo. In quieſcentibus plerunque coniungitur cum vau, vt הוֹשִׁיב ſic תְּחוֹם. Item in vltimis ſyllabis nominum, vt גָּדוֹל

&

& צִדְקוֹת, &c. Quando autem in vna dictione duo vau erant ſcribenda, alterum plerumque tollitur, ornatus gratia, ſic מִצְוֹת. Interdum vtrumque holem in eadē dictione ſine vau ponitur, vt Geneſis 1. מְאֹרֹת lumina, לְאֹתֹת ad ſigna: horum defectus in Maſora notatur.

Præterea holem ante dages, & ſceua mutum ſcribitur, regulatur ſine vau, vt Pſal. 4. וְדֹמּוּ & ſilete. Eſai. 32. קֹמְנָה ſurgite. Ea verò holem vocalis magna, ſiue ſcribitur cum vau, ſiue absque eo, ideoq. capit pauſam, accentum, retinaculum, & litteras quieſcentes, vt Pſalm. 89. יִשְׁמֹר. Pſalm. 4. אֹמְרִים, & Pſalm. 1. תֹּאבֵד.

De Sceua.

QVidam ſcribunt vocabulum huius puncti cum beth, alij cum vau. Ratio nominis ignoratur, niſi quod quidam putant שְׁוָא ſic vocatum à שָׁוֶה æquatore, quod æquus miniſter ſit omnium ferè punctorum. De hoc puncto dantur certæ regulæ à Grammaticis, quando ſit obiter legendum. Prima, ſemper Sceua eſt legendum quando ſcribitur in princ. dictionis, vt מְלָכִים שְׁמֹר melachim ſchemor e, breuiter rapto. Secunda, quando Sceua venit poſt vocem magnam retinetur vox magna, & tum neceſſario venit Sceua muſſitandum, vt שׁוֹמְרִים shomerim, אָמְרוּ ameru, חֲסִידֶךָ haſidecha. Voces magnæ ſunt ּ ּ וּ וֹ, & chirech, poſt quod ſequitur iod. Voces autē paruæ - ּ ּ : ּ & chirech, poſt quod non venit littera iod. Tertia, Scheua legitur quando ſcribitur ſub littera dageſſata, vt סִפְּרוּ ſipperu עִוְּרִים nghiuerim. Quarta, quādo ſcribitur ſub littera mox geminata, vt הַלְלוּ halelu, נְתַנְנוּ nathanenu. Sexta, quando intra dictionem duo Sceuain concurrunt, primum quieſcit, & alterum mouetur, vt מַלְכְּךָ malchecha; in fine verò dictionis vtrum-

vtrumque Sceua quieſcit,vt וַיֵּשְׁקְ vaiaſch, וַיֵּשְׁתְּ vaieſt, אָמַרְתְּ amart. Nec inuenitur Sceua in fine dictionis niſi ſub litteris begad kephath, exceptis dictionibus קוֹשְׁטְ יֵשְׁטְ וַיֵּשְׁקְ. Porro vbi ab initio dictionis duo ſceuaim concurrere debuerint, primum regulariter mutatur in hirech, vt vbi fuerat dicédum לְמְלָכִים dicitur לִמְלָכִים limlachim, ſic pro בְּשְׁמוֹר dicitur בִּשְׁמוֹר biſcmor. Quando vltimum Sceua ſcriberetur ſub iod, vtrumq. mutatur in vnũ hirech, vt pro וְיְהוּדָה dicitur וִיהוּדָה vihuda, & pro וְיְגַלֶּה dicitur וִיגַלֶּה vigalle, & quod frequens eſt וַיְהִי pro וְיְהִי. De gutturalibus verò litteris, ſub quibus raro purum Sceua ſcribitur, ſed ferè ſemper mixtum cum pathah, aut ſægol, prę̨ſertim ab initio dictionis, hæc datur regula. Littera gutturalis hatephata cogit mox præcedentem litteram eſſe ſibi conformem in puncto, niſi maior neceſſitas obſtet: Exempla pro לְעֲבָדִים non dicitur לְעֲבָדִים ſed לַעֲבָדִים; ſic pro בְּאֱנוֹשׁ nõ dicitur בְּאֱנוֹשׁ ſed בֶּאֱנוֹשׁ. Excipitur אֱלֹהִים de quo non dicitur בֶּאֱלֹהִים, ſed octo illa puncta mutantur in vnum zere, vt לֵאלֹהִים וֵאלֹהִים בֵּאלֹהִים. Quod autem dixi maiorem obſtare, hoc dicitur propter מִ præpoſitionem, & articulum הַ. Quæ cũ ante alias litteras habeant vocem paruam ſequente dages, litteræ autem gutturales dages recipere nequeant, vertenda eſt vox parua in vocem magnam, puta - in ᷉ & hirec in zere, item ᷉: & Kybuz in holem, vel in vau ſciurec. Sic enim & punctulo dages ſatisfit. Exempla de præpoſitione mem à מֶלֶךְ rex מִמֶּלֶךְ à rege, ſic à דָבָר cum præpoſitione mem dicitur מִדָּבָר à verbo: vbi mem prę̨poſitio habet poſt ſe dages. Cum verò eadem præpoſitio accedit ad litteram gutturalem, quæ nõ eſt dagheſſabilis, mutanda ſunt hirec, & dages in zere vocẽ magnam, vt מֵעֶבֶד à ſeruo nõ מִעֶבֶד,

vbi puncto dages nihil reſpondet.Sic מֵאָטָר à ſpina , non מִאָטָר . Item מֵעֲבָדִים à ſeruis, non מִעֲבָדִים per regulã hatephatorum,cũ hic maior neceſſitas ingruat, neq. מִעֲבָדִים cum puncto dages nullum relinquatur veſtigium. Conformiter articulus he,exigit pathah ſequẽte dages,vt הַמֶּלֶךְ rex ipſe הַדָּבָר verbum ipſum: ſin acceſſerit ad litteram gutturalem quæ non eſt capax punctuli dages,mutatur vox paruá in magnam,vt הָאָדָם homo ipſe,non הַאָדָם . Sic הָעֶבֶד famulus ipſe non הַעֶבֶד . Habet tamen he illud, aliquando ſægol ante ע , & ח , vt הֶחָכָם ipſe ſapiens הֶעָנָן ipſa nubes.In hoc autem negocio annumeratur littera ר litteris gutturalibus,vt הָרֶגֶל pes ipſe מֵרֹאשׁ a capite. Exquiſitam lectionẽ puncti Sceua,inuenies apud Eliam in libro Cantici, Cantico ſeptimo.Et infra vbi de virgula מֶתֶג ſcripturus ſum, nonnihil amplius de eo dicam.

De Sceua quieſcente.

SCeua nomen habet a radice שָׁוְא fruſtra,vanum:nihil enim ſonat quando eſt Sceua quieſcens. Omne Sceua ſub tertia radice eſt mutum, licet præcedat magna vocalis, vt פְּקוּדְנָה שָׁמַעְנוּ

De Sceua mobili.

SCeua quando eſt mobile deſcendit a Chaldaico,שְׁוָא,vel Hebræo שָׁוָה i. aſſimilauit: nam omnium punctorum ſonis,quibus additur,& præcipuè in quorum locum ex alleuiatione ſuccedit,aſſimilatur. Hinc modo pro a, modo pro e,& aliquando pro o, legitur. Eam ob rem vocatur עֶבֶד עֲבָדִים i. ſeruus ſeruorum.

Sceua compoſitum.

SCeua mobile ſub gutturalibus componitur aut cum pathah,aut ſegol, & aliquando cum camez.

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIONES BREVISSIMAE in lectione horum punctorum breuiſſimorum.

De Chateph pathah.

CHateph patah ſcribitur communiter ſub Pepoal, & ainpoal gutturali, tam in verbis, quàm in nominibus, vt אֲמַרְתֶּם פּוֹעֲלִים חֲזַק נַעֲרֵי גֹ.

De Chateph ſegol.

CHateph ſegol locum habet in infinitiuo, & imperatiuo verborum quieſcentium pe aleph; & raro in futuro kal. vt אֱסֹף יֶאֱסֹר אֱכֹל, reperitur etiam in makor, בֶּאֱכֹל Nu. 26. Prima Regula.

Quælibet gutturalis pepoal in prima perſona futuri kal habet ∵: propter aleph præcedens punctum voce ſegol vt אֶעֱמֹד ſic אֶחֱדַל. Secunda.

Si futurum kal exierit in pathah, vel camez, tribuitur primæ gutturali ∵: per omnes perſonas, vt יֶחֱטָא תֶּחֱרַשׁ. Tertia.

Gutturalis pepoal in tertijs perſonis præteriti Niphil, habet ∵: vt הֶעֱבִיר. In primis autem, & ſecundis perſonis ſcribitur ∵: vel -: vt הֶעֱבַרְתָּ vel הַעֲבֵר. Quarta.

De Chateph camez.

CHateph camez ſcribitur ſub pepoal gutturali in hophal vt הָעֳמַד ſic paul in hiphil, vt מָעֳמָד.

Sub ainpoal gutturali, non ſcribitur ⁝: niſi in nominibus habentibus formam אֹהֶל & פֹּעַל, quæ ex mutatione punctorum habent ⁝: vt פָּעֳלוֹ ſic אָהֳלוֹ. Item in infinitiuo, & imperatiuo kal aſſumentibus affixa, habet nonnũquam gutturalis ainpoal vocẽ ⁝: vt Eſai. 30. מָאָסְכֶם ſpernere vos.

De Sceua ſimplici ſub gutturalibus.

OMne Lamed poal habet ſceua ſimplex vt זָנַחְתָּ remouiſti, שָׁמַעְנוּ.

Exceptio.

Ante affixum ךָ lamedpoal ſæpe accipit chateph pathah

thiah שְׁכַחֲנוּךָ obliti ſumus tui זַרְעֲךָ ſemen tuum.

Item pepoal gutturalis interdum habet ſceua ſimplex vt תַחְפּוֹץ Pſalm. 51. תֶהֱדָר Leuit. 19. יַעֲלִימוּ הַעְלֵם Leuit. 15. הַהֲפַךְ Iob 30.

Duæ radices חָיָה & הָיָה habent ſub pepoal inchoante dictionem ſceua compoſitum, & intra dictionem ſceua ſimplex, vt הֱיִיתֶם & וִהְיִיתֶם.

De litteris quieſcentibus.

Litteræ אֶהֱוִי vocantur נָחוֹת vel אותיות הַמֶּשֶׁךְ i. litteræ, protractis aliquando נְשִׁימָה halitus, quia exigunt protractionem ſpiritus.

Explicite dicuntur quieſcere litteræ אוי quando expreſſe adſunt vocalibus, vt תאחֵז. Implicite quieſcunt cum nõ ſcribuntur, ſed in magna vocali latent, vocanturq. נֶעֱלָמוֹת i. abſconditę, vt הִפְרֵיתִי השענתי חֵז pro הִפְרֵתִי, & וַתַּעֲלֶנָה pro וַתַּעֲלֶינָה.

Naturæ quieſcentium litterarum.

Litteræ אֶהֱוִי quando ſunt quieſcentes non punctantur, vt אִיגַע.

Litteræ אֶהֱוִי in fine ſemper quieſcunt, vt כָלָא i. clauſit.

Litteræ quieſcentes non dagheſſantur dum quieſcunt, vt קוֹמֵם, alioquin fiunt mobiles, vt קִיְמוּ Eſter 9.

Litteræ quieſcẽtes nõ patiuntur poſt ſe dages, vt מְצָאתִי.

Litteræ quieſcentes non patiuntur poſt ſe ſceua mutũ, ut מְצָאת, & non מָצָאתְ.

Litteræ quieſcentes nonnunquam inter ſe commutantur, ut לָשׂוּם pro לָשִׂים i. ad ponendum.

Magna uocalis includens quieſcentem litteram, nunquam alleuiatur, ut יָקוּמוּ i. ſurgent.

Quieſcentes litteræ ſemper terminant ſyllabam, & nun

quam

quam eam incipiunt, ut הורה i. docuit.

Litteræ אהוי non quieſcunt extra ſuam ſyllabam, vt אקומה ain vau quieſcit, hic in ſciurech, & non in præcedente, aut ſequente camez, quæ ſunt extra eius ſyllabam.

De Dages lene. Regula prima.

DAges קל i. lene, inſcribitur litteris בגד כפת aut a principio dictionis, aut poſt ſceua mutum. Item in fine poſt pathah, quod pro ſceua muto ponitur vt fit in 2. perſona præteriti fœminini verborum habentium tertiam ח vel ע, vt ידעת Ruth 2.

Exceptio prima.

Litteræ בגד כפת ab initio raphantur, ſi præcedens dictio exierit in vocalem, vel in litteras quieſcentes, vt Pſ. 31. כי כלו ביגון &c. Quando verò intercedit מפסיק i. pauſa, aut quando litteræ הוי in fine pronunciantur, non impedit dages lene, vt Pſal. 105. בקשו פניו תמיד. & ſic Pſal. 25. עיני תמיד. item in Pſal. 65. צמחה תברך &c.

Exceptio ſecunda.

Dages leni poſt ſceua mutum aliquãdo propter euphoniam diſſimulatur, vt Pſal. 4. אמרו בלבבכם dicite in cordibus veſtris, &c. *Regula 2.*

מה & זה habentes machaph, non ſolum litteris בגד כפת ſed & alijs omnibus, prȩter אחהער important dages, vt Pſ. 133. מה טוב ומה נעים, & ſic 1. Samuel 14. זה לנו, & hoc Hebræis vocatur דחיק i. arctatio. *Regula 3.*

Omnis dictio, quȩ in ה quieſcens exit, & ſi habuerit machaph, importat ſequenti monoſyllabæ, vel paroxytonæ dages, vt גשה נא ושקה לי בני Gen. 27. מה נעשה לנו Oſe. 10.

Regula 4.

Quando duæ dictiones paroxytonæ concurrunt, &

prior

Poſt vocalem longam habentem pauſam maiorem aliquando diſſimulatur dages, vt יִמָּלוּ Pſ. 37. pro יִמַּלּוּ.

De Dages reſoluto ex magna vocali.

OMne dages forte in prima radicali, quam non præcedit vna ex litteris ſeruilibus משה eſt reſolutum ex vocali magna: hinc ſæpe reperitur יֵסֵב pro יָסֹב: excipitur infinitiuus, imperatiuus, & futurum Niphal, vt אֶפָּקֵד.

Omne dages forte in lamed poal eſt ex reſolutione magnæ vocalis, vt נְקֻדִּים pro נְקוּדִים &c. excipiuntur defectiua ainpoal, vt סַבּוּ &c.

Nonnunquam autem hæc reſolutio magnæ vocalis, fit differentiæ cauſa, vt מַלִּינִים murmurantes, ad differentiam מְלִינִים i. facientes pernoctare, ab eadem radice, ſic אֲחַל polluam, ad differentiam אָחֵל incipiam, & vtraque habent radicem חלל &c.

De litteris ſeruilibus.

מִן præpoſitio infinitiuo addita plerunque eſt, vnde Gen. 31. caue tibi מִדַּבֵּר a loquendo. i. ne loquaris. Nominibus addita habet ſignificationem præpoſitionis de, ex, &c. & ante ה demonſtratiuum plerumq. ſcribitur integre, vt Geneſis 7. מִן הַבְּהֵמָה וּמִן הָעוֹף, &c. Rarius cum defectu nun, vt Gen. 6. מֵהָעוֹף ſi מִן præponi debet iod ſceuato, non ſolũ abijcit ſuum nun, ſed & ſequenti iod non imprimit dages, ne per illud moueatur ſceua; idcirco iod cum hoc modo habeat ſceua mutum, cuius non eſt capax neceſſario quieſcit, vt יְהוּדָה hinc מִיהוּדָה. Præterea in ſequentibus abijcitur nũn, ſine recompenſatione. Ezec. 32. מִגְּבוּרָתָם. 1. Samuel 23. מִרְדֹף ita ſemper inuenies מִחְיוֹת & מִהְיוֹת: item מִחוּט a filo, מִחוּץ ab extra.

ש Relatiuum in his locis mutat ſegol in pathah propter

cogna-

cognationem vocalium, Cant. 1. שְׁלֹמֹה, Iudic. 5. שַׁקַּמְתִּי, Iob 19. שַׁדּוּן, Gen. 5. בְּשַׁגַּם, vnde propter ſequentem guttturalem habet camez, vt שֶׁאַתָּה Iudic. 6.

ה Demonſtratiuũ vocatur הֵא הַיְדִיעָה & additur nominibus tantum appellatiuis, vnde הָאָדָם homo ille, & non eſt proprium, item pro nominibus primæ, & ſecundæ perſonæ non præponitur, nec etiam verbis additur, niſi tertijs perſonis, & habet tunc ſignificationem relatiui, vt in his tantum locis הַנִּרְאָה qui uiſus eſt, Daniel 8. הַנִּמְצְאוּ qui inuenti ſunt. 1. Paral. 29. הֵהֵכִין qui parauit. 2. Paral. 29. הֵהֵרִימוּ qui eleuauerunt. Eſdræ 8. הַהוֹשִׁיבוּ qui collocauerunt. Eſdræ 10. הֶהָלְכוּ qui ambulauerunt. Ioſue 10. הַיִּיטַב quod bouum erit. Leuit. 10. & ſic cum præpoſitione וְהֶעָלֶיהָ i. & quod ſuper eum. 1. Samuel 9.

ה Demonſtratiuum ante aſpiratam litteram habet pathah, exceptis his tribus dictionibus monoſyllabis הָהֵם & הָהֵן, item הָהָר. Præterea ante gutturalem camezatam habet ∵ excipiuntur pauciſſima, ut הָאָרֶץ הָאָדָם.

ה Interrogatiuum הֵא הַשְּׁאֵלָה nominatur, uel הַתְּמִיהָ id eſt, admirationis, additur omnibus partibus orationis etiã proprijs nominibus. Itaque omnibus pronominibus, & verbis; & hic ſciendum, quod ה interrogatiuum non ſequatur litteras ſeruiles, ſed eas præcedit ad differentiam ה demonſtratiui, ut הֲלְבֵן nun filio. Gen. 17.

וָו הַחִבּוּר Vau copulatiuum omnibus partibus orationis præponitur.

וָו הַהִפּוּךְ Vau conuerſiuum, præterito, & futuro tantum iungitur.

כַּף הַדִּמּוּת Caph ſimilitudinis eſt, ſed nominibus numerorum, & quantitatis præpoſitum uocatur כַּף הַשִּׁיעוּר caph

men-

menſuræ, vt כִּשְׁלֹשֶׁת אַלְפֵי־אִישׁ

ל eſt datiui, & aliquando genitiui articulus.

בּ Præpoſitio quatuor habet nomina, & officia. Primo, ב הַקֶּרֶב beth intus in re, vel in loco verſari ſignificat, vt בַּשָּׁמַיִם in cælis. Secundo ב הַדִּבּוּק beth adhæſionis motum ad rem importat, vt גַּע בֶּהָרִים tange in mõtes. Tertio, beth ב הַכְּלִי inſtrumenti, vt בַּחֶרֶב gladio, vel per gladium. Quarto, ב הַתּוֹךְ exponitur pro inter, vt בַּנְּבִיאִים inter Prophetas.

De officijs, & punctatione litterarum וְכָלֵב אֵיתָן, itemq: de tranſmigratione puncti ſceua dicetur: verum hoc addendum duxi, quod ante gutturales habentes ſceua ſimplex punctetur littera ſeruilis ac ſi haberent ſceua compoſitum, vt לַחֲטוֹף & non לְחֲטוֹף, nam alias לַחֲטוֹף, &c. Præterea ſi ſceua ſub gutturalibus ante aliud ſceua fuerit mutatum in pathah, vel ſegol, nihilominus ſeruilis præcedens punctatur ac ſi illæ haberent ſceua compoſitum, vt יַהַרְגֻנִי.

De puncto Dages.

NOn conſtat ex qua lingua vox illa dages a veteribus Grammaticis ſit deſumpta; intelligunt autem per ipſam punctum quemdam, qui corporibus litterarum inſeritur, vnde fortificantur. Et ſunt omnes litteræ eius punctuli capaces præterquam quattuor gutturales, & Reſc litera, tametſi Res ſemel, aut bis inueniatur habere dages. Eſt autem duplex dages, nempe דָּגֵשׁ קַל dages leue, & דָּגֵשׁ חָזָק forte. Forte eſt, quod vnam literam in geminam diuidit, habetq. locũ in omnibus alphabeti litteris, exceptis אחהער & præcedit ipſum ſemper vna ex quinque vocibus paruis, vt zaddic צַדִּיק, dibbur דִּבּוּר, ſullam סֻלָּם, mimmeka מִמְּךָ, ozzi עֻזִּי. Voces autem magnæ, quæ ſyllabam retinent nunquam præcedere poſſunt: neceſſe eſt enim vt vox præce-

dens cadat in ſequentem dagheſſatam litteram , id quod littera per proferentem retenta facere nequit. Propterea enim vocantur voces magnæ , quod prolatio earum in ſequentem literam non extendatur , vt מְּלָכִים non מְלָכִים , ſic קְּרוֹשִׁים non קְרוֹשִׁים . Eſt tamen hic vna exceptio, nempe quando accentus iungitur voci magnæ, vt שָׁמָּה , ſed non שָׁמָה , ſic אֵלֶּה non אֵלֶה . Porro quã do diximus dages forte in omnibus litteris habere locum, præterquam in gutturalibus, id verum vbique eſſe deprehenditur, nec te offendere debet littera ה cum puncto in ventre: ille enim non eſt dages, ſed mappic, aliaq. ratione quam dages inſeritur litteræ he, nam eſt relatiuum fœm. præceditq. ipſam vox camez, vt אִישָׁהּ maritus eius, בְּנָהּ filius eius, ſcribitur quidem, ſed non legitur. Inueniũtur etiã tria aut quatuor verba, quæ vltimam litteram he, ſignant punctulo huiuſmodi, quod tamen non legitur, ſed monet dumtaxat lectorem, litteram eſſe immutabilem de quo infra latius, vt גָּבַהּ eminuit, תָּמַהּ admiratus eſt. Quidam tamen ſcribunt punctum iſtum ſicut & mappic ſub littera he, vt אִישָׁהּ גָּבַהּ nec eſt tunc hirech.

Dages leue eſt, quod litteram aſperam fortificat, ſed nõ geminat, habetq. locum in ſolis his ſex litteris בְּגַד כְּפַת, idque tũ quando ſcribuntur in principio dictionis, aut poſt ſceua quieſcens. In principio dictionis ſemper dagheſſantur, niſi impediantur per aliquam continuatam dictioñe, cuius vltima littera ſit vna ex litteris אהוי. Exempla regulæ דָּוִד Dauid, בְּרֵאשִׁית bereſcit, גָּמָל gamal, כְּסִיל keſil, פָּנִים panim, תָּבוֹר Thabor. Exempla exceptionis אֲנִי בוֹרֵא ego creo, Iſa. 65. & ibidem וְנָטְעוּ כְרָמִים & plantabunt vineas; item Hier. 6. הִנֵּה דְבַר יְהוָה ecce verbum Domini. Leuiſſi-

ma tamen pauſa, quæ per accentuum figuras ſignatur infringit exceptionem iſtam. Sic quando duæ litteræ ex begad chephat eiuſdem prolationis a principio concurrunt ſuperueniens יהוא non imponit primæ raphe, vt כִּי בְמַקְלִי עָבַרְתִּי quoniam in baculo meo tranſiui, בְּהִכָּבְדִי בְּפַרְעֹה cũ glorificatus fuero in Pharaone. Cęterum ſceua quieſcens ſi ſequatur vna ex litteris בְּגַד כְּפַת non ſemper cogitur habere dages leue, vt מַלְכֵי הָאָרֶץ reges terræ. Sic כִּדְבָרְךָ iuxta verba tua, vbi beth poſt ſceua quieſcens caret punctulo dages. Regula: ſicut poſt ſceua quieſcens in litteris בְּגַד כְּפַת plerumque ſequitur dages leue; ita poſt ſceua mobile nunquam ſequitur nec forte, nec leue, præterquam in dictione שְׁתַּיִם & שְׁתֵּי id eſt duæ.

Regula alia, Dages forte fere ſemper aliquid in verbis ſignificat, puta defectum litteræ, aut certã cõiugationem, aut quod vau antecedens erit conuerſiuum de futuro in præteritum, aut quod he antecedens erit he demonſtratiuum; Dages autem leue nihil aliud ſignat, quam litteræ cui inſertum eſt inte nſionem. Vnde litteræ בְּגַד כְּפַת triplicem admittunt prolationem: Sine omni dages aſpirantur, & laxantur in ſui prolatione, vt דָבָר dauar, non dabar: ſic לְפָנֶיךָ lephanecha, non lepanecha. Cum dages leui intendũtur, vt בָּרָא bara, תֶּלֶם telem: & cum dages forti geminantur, vt אֶתֵּן etten, אַפַּיִם appaim, דִּבֵּר dibber, צַדִּיק zaddic. Naturale ergo earum punctum eſt dages leue, idq. dumtaxat ab initio dictionis, & plerumque poſt ſceua quieſcens, in alijs autem locis raphantur, præſertim cum præcedit ſceua mobile, aut vox magna, aut vna ex litteris יהוא, quæ vocem magnam includere perhibentur, idque nedum intra duas dictiones nulla pauſa intercedente, vbi vltima lit-

tera prioris dictionis eſt יְהוּא, aut vox magna, & mox ſequentis dictionis initialis littera eſt vna ex בְּגַד כְּפַת. Exempla עָשִׂיתָ non עָשִׂית. Sic יָבֹא non יָבֹא, & כְּבֵדִים non כְּבֵדִים. Item בְּרוּכִים non בְּרוּכִים. Et cum ſceua mobili כְּבוֹדִי non כְּבוֹדִי. Sic בְּתוֹךְ non בְּתוֹךְ. Item vbi duæ dictiones in eodẽ contextu ſine media pauſa ſeſe conſequuntur, vt כְּלֵי בֵית יי vaſa domus Domini, עָשָׂה כְּסִיל רָע fecit ſtultus malum, חֲרָדָה גְדוֹלָה pauor magnus, הָלְכוּ בְתוּלוֹת abierunt virgines אֱלָהֵי דָנִיֵּאל Deus Danielis, מִשְׁתֵּה בַחוּרִים conuiuium adoleſcentum.

De reſolutione Dages.

QVinque litteræ gutturales non capiunt dages, ſed tráſferunt illud ad præcedentem vocalem paruam, & ex ea fit magna per contractionem dages, vt pro inuſitato בִּרֵא vſurpatur בֵּרֵא.

Sic contra magnæ voces nonnunquam in ſuas paruas, & punctum dages æquipollentiæ cauſa reſoluuntur, vt מִשְׂגַּבִּי & מִשְׂגַּבִּי idest, exaltatio mea. סִיגִים & סִגִּים idest, ſcoriæ. יְרוּשָׁה & יְרֻשָּׁה idest poſſeſſio.

ָ ֵ ֹ ּ } reſoluitur in paruam { ַ ֶ ִ ֻ } ſequente dages, & è contra.

Appendix.

ZEre non reſoluitur in ſegol, quia illud in penultima ſyllaba ſæpius producitur, & non habet poſt ſe dages.

De pauſis.

AD finem ſententiæ, & orationis integrè ſcribitur geminum punctum ſceua: & vocatur ſoph paſuch, idest, finis uerſus, cæteræ pauſæ ſunt accentus nobiliores.

Silluk	Infra litteram.	Zarkà	ſupra litteram.
Adnach		Reuiag	
Tiphcha		Zacheph gadol	
		Zacheph katon	

Officium pauſæ eſt duplex

Primum diſtinguit ſententias, & dictiones.

Secundum reducit : in { . . } מִקְדָּשׁוֹ חֵבְרוֹ יְשָׁבוּנוּ pro. מִקְדָּשׁוֹ חֲבֵרוֹ יְשֻׁבְנוּ.

Sæpe etiam pauſa mutat ֶ in ָ, vt שֶׁקֶר quod extra pauſam ſcribitur שָׁקֶר ; & ſic טָרֶף & ſine pauſa טֶרֶף.

De Machaph.

MAchaph eſt lineola ſubunionis, quæ duas dictiones ſub vno ſpiritu, & accentu, tanquam compoſitam dictionem contrahit, vt מַלְכִּי־צֶדֶק.

Officium machaph eſt contrarium pauſis.

Primum, connectit, & copulat dictiones.

Secundum mutat { ֵ } in { ֶ } vt עַל־צִיּוֹן אֶת־יְהוָה יַעֲקֹב־פִּי pro עַל אֵת יַעֲבֹר.

Vocales autem, quæ litteram quieſcentem includunt, ſunt immutabiles, vt Prou. 3. וּמְצָא חֵן & inuenito gratiam.

De Affixis.

AFfixa ſunt pronomina inſeparabilia, quæ alijs dictionibus à tergo affiguntur, nec vnquam abſolutè ſcribũtur. Decem ſunt ſingularis numeri. i. Perſonæ ſecundæ, tertiæ perſonæ. Maſcul. ִי ךָ וֹ הוּ ו׳ נִי. Fœm. ךְ הָ נָּה ה.

Septem affixa ſunt pluralis numeri.

Maſculin. נוּ כֶם הֶם ם. Fœmin. כֶן הֶן ן.

Appendix.

QVatuor ex his vocantur grauia, vt הֵם הֵן כֶּם כֶן .
Cætera omnia ſunt leuia, ה paragogicum additur affixo ſecundæ perſonæ maſculini generis, vt כַּפְּכָה pro כַּפְּךָ manus tua.

י Accedit paragogicè ad ſecundam fœmininam ſingularem, vt עֲוֹנֵכִי pro עֲוֹנֵךְ iniquitas tua.

ו Subiŭgitur affixo ם, vt הֲדִיחֵמוֹ pro הֲדִיחֵם expelle eos.

De caſibus affixorum.

OMnia affixa propriè ſunt demonſtratiua, & per obliquos tantum caſus exponuntur.

Per Genitiuum exprimuntur nominibus addita, vt דְּבָרוֹ verbum eius.

Datiui caſus ſunt verbis intranſitiuis iuncta. vt תְּבוֹאֵנִי veniet mihi.

Accuſatiuum conſtituunt, quando verbis tranſitiuis adijciuntur, vt כְּלָאֵם prohibe eos.

Ablatiuo exprimuntur cum propoſitionibus conſtructa, vt בְּךָ in te, מֵהֶם ab eis.

De Pronominibus abſolutis.

אֲנִי eſt communis generis, & ſic declinatur.

Pluraliter	Singulariter.
אָנוּ אֲנַחְנוּ נַחְנוּ	אֲנִי אֲנִי אָנֹכִי
שֶׁלָּנוּ	שֶׁלִּי
לָנוּ	לִי
אֹתָנוּ	אוֹתִי
מִמֶּנּוּ	מֶנִּי מִמֶּנִּי

Appendix.

OBliqui trahuntur ab affixis vt ſi affixo י præpoſueris ל habebis Datiuum לִי, quæ terminatio cum שֶׁ præpoſito, Rabbi-

-qh

Digitized by Google

Rabbinis, conſtituit Genitiuum, אֵת Accuſatiui articulus, cum affixis leuibus habet holem: cum grauibus autẽ ſegol.

Pronomen ſecundæ perſonæ ſic declinatur.

Maſculinum		Fœmininum.
אַתְּ אַתָּה	tu	אַתְּ אַתִּי
שֶׁלְּךָ	tui	שֶׁלָּךְ
לְךָ לְכָה	tibi	לָךְ לָכִי
אֹתְךָ אֹתְכָה	te	אֹתָךְ
אַתָּה	ò tu	אַתְּ
מִמְּךָ	à te	מִמֵּךְ

Et pluraliter.

אַתֶּם	vos	אַתֵּן אַתֵּנָה
שֶׁלָּכֶם	veſtrum	שֶׁלָּכֶן
לָכֶם	vobis	לָכֶן לָכֵנָה
אֶתְכֶם	vos	אֶתְכֶן
אַתֶּם	ò vos	אַתֵּן אַתֵּנָה
מִכֶּם מִמְּכֶם	à vobis	מִכֶּן מִמְּכֶן

Appendix.

אַתָּה Maſculinum ſemper habet ה paragogicũ, exceptis quinque locis, in pauſa ſcribitur אָתָּה, fœmininum eius accipit interdum י paragogicum. לְךָ, & ſi accentum habuerit in penultima, ſcribitur לְךָ, in pauſa magna לָךְ.

Pronomen tertiæ perſonæ.

Maſculinum.		Fœmininum.
הוּא	ille	הִיא הִוא
שֶׁלּוֹ	illius	שֶׁלָּהּ
לוֹ	illi	לָהּ
אֹתוֹ	illum	אֹתָהּ
מִמֶּנּוּ	ab illo	מִמֶּנָּה

Plu-

Pluraliter.

הֵם הֵמָּה	illi	הֵן הֵנָּה
שֶׁלָּהֶם	illorum	שֶׁלָּהֶן
לָהֶם לָמוֹ	illis	לָהֶן לָהֵנָּה
אֶתְהֶם אֹתָם	illos	אֶתְהֶן אֹתָן
מֵהֶם מֵהֵמָּה	ab illis	מֵהֶן מֵהֵנָּה

Appendix.

OBliqui plurales à duplici forma affixorum deducuntur, vt לָהֶם, & לָמוֹ vau eſt paragogicum: ſic אֶתְהֶן, & אֹתָן & cum ה paragogico אֹתְנָה, ſimiliter quoque לָהֵמָּה.

De Præterito.

A Tertia præteriti maſculini, quæ eſt nuda radix, formantur primæ, & ſecundæ perſonæ adiunctis in fine pronominum terminationibus, vt

פָּקַדְתָּ		אַתָּה
פָּקַדְתְּ	habet	אַתְּ
פְּקַדְתֶּם	termi-	אַתֶּם
פְּקַדְתֶּן	natio-	אַתֶּן
פָּקַדְתִּי	nem.	אֲנִי
פָּקַדְנוּ		אָנוּ

Secundæ ſingulares habent aliquando paragogen, ſicut in pronominibus כְּאַסְתָּה 1. Samuel 15. deſinit, vt זָכַרְתִּי Ezech. 16. habet אַתָּה formam אַתְּ. In prima perſona ſingulari inſeritur ת ne videatur eſſe affectum פָּקַדְתִּי.

Imperatiuus Fœmininus.

פִּקְדִי habet terminationem אַתְּ

פְּקֹדְנָה vel פְּקֹדֶן deſinit, vt אַתֵּנָה

In Futuro præponuntur litteræ אֵיתָן

אֶפְקֹד habet initium pronominis אֲנִי

נִפְקֹד recipit primam litteram נַחְנוּ

תִּפְקֹד

תִּפְקֹדִי habet ת ex pronomine אַתְּ
תִּפְקְדוּ excipit ת ex pronomine אַתֶּם
תִּפְקֹדְנָה exit in terminationem אַתֵּן
תִּפְקֹדְנָה deſinit in terminationem אַתֵּנָה
vel תִּפְקֹדְןָ ad formam pronom. אַתֵּן, ſæpeq. vſurpatur tertia perſona fœminini pluralis ſi præceſſerit nominatiuus eiuſdem perſonæ יִפְקֹד i. viſitabit, habet à fronte iod.

Participia.

PArticipijs vtimur pro præſenti tempore, illiſq. ſeparatim adduntur pronomina, vt

פּוֹקֵד	אֲנִי ego viſito.	פּוֹקְדִים	אֲנוּ nos viſitamus.
	אַתָּה viſitas, vel viſitas.		אַתֶּם vos viſitantes.
	הוּא viſitat.		הֵם illi viſitant.

Participijs fœmininis adduntur pronomina, & ſic quoque in Paul. Intranſitiua vero carent Paul, natura enim ſignificandi repugnat.

Infinitiuus.

LItteræ בְּכְלָם infinitiuo præpoſitæ, punctantur ſecundũ regulas litterarum ſeruilium, & conſtituunt Gerundia, vt בִּפְקוֹד in viſitando, כִּפְקוֹד ſicut viſitare, לִפְקוֹד ad viſitandum, מִפְּקוֹד a viſitando.

Obſeruationes.

1 OMni litteræ in fine non punctatæ ſubintelligitur ſceua mutum, vt פָּקַד, at ח & ע in fine accerſunt ſibi pathah, vbicumq. eas non proceſſerit pathah, aut vt שָׁמֵעַ, & שְׁמַע audiuit.

2 Tertia radicalis in primis, & ſecundis perſonis præteriti, ſemper habet ſceuâ mutum, licet ob pauſam præceſſerit magna vocalis, vt קָרַעְתְּ ſcidiſti. Excipitur ſecunda fœmini ninis ſingularis, quæ ſub Lamedpoal ח & ע ſemper habet ־,

vt שָׁכַחַתְּ oblita es.

3 Pathah, zere, & holem in ſecunda radicali alleuiantur in ſceua, quotieſcunque tertiam radicalis ſequitur vna ex litteris הוי, vt פָּקַד, hinc פָּקְדוּ, ſic חָפֵץ facit חָפְצוּ, item תִּפְקֹד in plurali תִּפְקְדוּ.

4 Paragogicum ſubiũgitur aliquando Gerundijs, & Imperatiuo deſinenti in conſonantem, itemq. primis futuri, vt אֶפְקְדָה viſitabo, נִפְקְדָה viſitabimus.

ן Finale additur perſonis imperatiui, & futuri exeuntib. in vocalem, vt תִּפְקְדוּן viſitabitis.

5 Quotieſcumq. inter coniugandum duæ eædem litteræ concurrunt, & priori fuerit ſubijciendum ſceua mutũ, abſcõditur illa pro dages forte, vt כָּרַתָּ pro כָּרַתְתָּ ſic תִּשְׁכֹּנָּה pro תִּשְׁכֹּנְנָה habitabunt ipſæ mulieres.

Neutralia quædam in præſenti habent eandem punctationem, ſicut in præterito deſinente in zere, vel holem, vt חָפֵץ voluit, & volens: ſic quoque יָכֹל potuit, & potens.

פָּעוּל à punctis nomen accepit, & comprendit præſens actiuum cum præterito paſſiuo coniunctum, ideoq. punctatur voce actiua camez, & voce paſſiua ו, vt Pſalm. 1. כְּעֵץ שָׁתוּל i. ſicut arbor plantata (quæ adhuc exiſtit) & Pſal. 5. קֶבֶר פָּתוּחַ ſepulchrum apertum, quod ſcilicet adhuc patet, atque in tempore magis debet conſiderari ipſum eſſe, quam paſſio, ob quam rem etiam recenſetur inter paſſiuas coniugationes. Infinitiuus ſub pepoal habens camez, additur ſæpe verbo eiuſdem radicis propter euphoniam, vt פָּקֹד יִפְקֹד viſitando viſitabit. Neutra in Gerundijs plerumq. deſinunt in pathah, vt לִשְׁכַּב ad cubandum.

Imperatiuus, & futurum in verbis neutris pro terminatione holem ſuſcipiunt pathah, vt שְׁכַב cuba, תִּשְׁכַּב cuba-

babis, יֶחֱרַץ mouebit; ſic etiam actiua ſecundã, vel tertiam habentia gutturalem, plerumq. vendicant ſibi pathah pro holem, vt פְּתַח aperi, תִּזְרַע ſeminabis, אֶלְחַם comedam, תִּמְאַס reijcies, יִבְעַר exardeſcet, &c.

De officio pauſæ, & Machaph dictum eſt ſuo loco, quo remittimus ſtudioſum, vt Nahum 2. עִמְדוּ עֲמֹדוּ i. ſtate, ſtate, & Ioel 2. וּשְׂמָחִי & lætare.

De Coniugatione Paſsiua.

PRima coniugatio Paſſiuorum a forma vocatur נִפְעַל ſuſcipit enim a fronte נ quod abſtractum eſt à נִין ideſt proles, vnde hæc coniugatio Hebræis dicitur proles, reſpectu ſuæ actiuæ parentis, vt נִסְמַן ſignatus eſt.

Significatio Niphal.

VErba נִפְעַל plerumq. habent paſſionem a ſe ipſis, & nõ ab alio agente, vt Pſal. 51. רוּחַ נִשְׁבָּרָה לֵב נִשְׁבָּר וְנִדְכֶּה ſpiritus (per ſe) confractus, cor (a ſe ipſo) confractum, & contritum נֶאֱסַף conuulſus eſt à ſeipſo; Aliquando propter inopiam linguæ Latinæ exponuntur neutraliter, vt נֶעֱבַרְתִּי tranſij a me ipſo.

Pauca quædam recipiunt paſſionem de manu alterius, ſed leuiorem, quam in ſequentibus coniugationibus, vt נִגְזַר deciſus eſt, נֶהֱרַס dirutus eſt, נֶהֱרַג occiſus eſt ab alio occidente נֶהְדַּר honoratus eſt.

Regulæ de Dages forti.

1 DAges forte in extremitate non ponitur vt סַב

2 Gutturales litteræ nõ dageſſantur, vt שַׁחוֹתִי curuus fui.

3 Reſc transfert Dages ad vocalem præcedentem, vt אֵרוֹתִי maledixi.

4 Ante Dages non ſcribitur magna vocalis, niſi habeant accentum, vt סֹבּוּ circuite, & tranſlato accentu, mutatur

Duplex forma digitorum ponitur propter duplicem ſtatum dictionum. Nam aliter ſcribuntur in ſtatu abſoluto, & aliter in ſtatu regiminis, vt שְׁנַיִם אֲנָשִׁים viri duo; & שְׁנֵי אֲנָשִׁים duo viri מְאַת שָׁנָה centum anni,& מֵאָה שָׁנָה anni centum. Id tamen non conſtanter obſeruatur: nam dicitur מֵאָה כִּכָּר centum talenta. Et habet centum in plur. מֵאוֹת. ſicut & רְבָבָה facit רְבָבוֹת & cũ ſyncopa רִבּוֹ & רִבּוֹא & in plur. רִבּוֹת decem millia. Sunt qui conſtructiuos, ſeu cõtinuatos numeros exponunt ſubſtãtiue, vt ſit שְׁלֹשֶׁת יָמִים idem quod שְׁלוֹשׁ שֶׁל יָמִים ternarius dierum, ſic שִׁבְעַת יָמִים ſeptenarius dierum.

Numeri Ordinales.

רִאשׁוֹן	primus	רִאשׁוֹנָה	prima
שֵׁנִי	ſecundus	שֵׁנִית & שְׁנִיָּה	ſecunda
שְׁלִישִׁי	tertius	שְׁלִישִׁית	tertia
רְבִיעִי	quartus	רְבִיעִית	quarta
חֲמִישִׁי	quintus	חֲמִשִׁית	quinta
שִׁשִּׁי	ſextus	שִׁשִּׁית	ſexta
שְׁבִיעִי	ſeptimus	שְׁבִיעִית	ſeptima
שְׁמִינִי	octauus	שְׁמִינִית	octaua
תְּשִׁיעִי	nonus	תְּשִׁיעִית	nona
עֲשִׂירִי	decimus	עֲשִׂירִית	decima
אֶחָד עָשָׂר	vndecimus	אַחַת עֶשְׂרֵי	vndecima

duode-

שְׁנֵים עָשָׂר duodecimus שְׁתֵּים עֶשְׂרֵי duodecima
שְׁלשָׁה עָשָׂר decimus tertius שְׁלשׁ עֶשְׂרֵי decima tertia

Notandum hic primo, quod pro vndecim, & vndecimo Hebræi etiam aliam vſurpant dictionem, quam אֶחָד nempe עַשְׁתֵּי vt עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה יְרִיעוֹת vndecim cortinæ, Exod. 26. בְּעַשְׁתֵּי עָשָׂר חֹדֶשׁ In vndecimo menſe. Deuter. 1. Sunt igitur עַשְׁתֵּי עָשָׂר vndecim, & vndecimus maſculina, & עַשְׁתֵּי עָשָׂר vndecim, & vndecima fœmin. Secundo ſciendum, quod fœminina etiam deſinunt in he vt שְׁנִיָּה ſecunda. שְׁלִישִׁיָּה tertia, &c. moueturq. iod ſicut in plurali. Nam dicitur שְׁלִישִׁיּוֹת tertiæ שִׁשִּׁיּוֹת ſextæ. Tertio notandum quod pro vigeſimo, & vigeſima vſurpatur numerus cardinalis, videlicet עֶשְׂרִים ſic שְׁלשִׁים pro trigeſimo, &c.

De numeratione, quæ ſit per litteras.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	20	30	40	50
א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט	י	כ	ל	מ	נ

60	70	80	90	100	200	300	400
ס	ע	פ	צ	ק	ר	ש	ת

Poſt decem.

11	12	13	14	15	16	17	18	19
יא	יב	יג	יד	יה	יו	יז	יח	יט

Poſt viginti.

21	22	23	24	25	26	27	28	29
כא	כב	כג	כד	כה	כו	כז	כח	כט

Poſt centum.

100	200	300	400	500	600	700	800	900
ק	ר	ש	ת	תק	תר	תש	תת	תתק

Poſt quadringentos quidam ſic numerant.

500	600	700	800	900
ך	ם	ן	ף	ץ

Millenarium numerum ſignant per aleph præſertim ſi ſequatur littera centenarium deſignans, vt אתמב deno-

tat 1442. Et incipiunt computare annos ab initio mundi חשׁב & hunc præſentem annum 1616. à Natiuitate Ieſu Chriſti ſignant 5374. ſecundum eorum ſupputationem. Omittunt tamen plerumque millenarium numerũ, & tunc præſentẽ annũ ſic ſcribunt בְּשְׁנַת שׁעד לְפְּרַק קָטָן Hoc eſt, anno creationis mundi 374. iuxta minorem ſupputationem.

De Pronomine, & ſpeciebus eius, atque pronominum declinationibus, ac compoſitionibus.

PRonomen apud Hebræos dicitur כִּנּוּי i. appoſitio nominis, quia ei ſuperadditur. Præſuppoſita eadem pronominis definitione, quæ eadem eſt apud Latinos, Græcos, & Hebræos. Proſequamur eius duas ſpecies vulgatiſſimas pronomen ſcilicet primitiuum, & deriuatiuum. Quarum hæc eſt differentia, quia pronomina primitiua ſunt dictiones per ſe, & ſunt tantum quatuor apud Hebræos, ſcilicet, ego, tu, ille, iſte; ſed pronomina deriuatiua tantum in compoſitione reperiuntur, & illa ſunt tantum ſex, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, & illorum primitiuorum declinationes tot ſunt, quot ſunt ipſa pronomina i. quatuor. Et caſus iſtarum declinationum non variantur per terminationes, ſed per articulos, & per numeros, ſicut diximus in nomine. Articuli pronominum ſunt illi, quos ſeparabiles vocauimus ſunt etiam quatuor שֶׁל אֶל אֶת מִן Pronomen primæ perſonæ tam in ſingulari numero, quàm plurali eſt indifferenter generis maſculini, & fœminini ſub eadem voce, & caſus obliqui eius ſequuntur terminationem ſui nominatini, ſcilicet in ſingulari omnes caſus terminãtur in i, in plurali vero omnes in nu, hoc modo.

אֲנִי vel אָנֹכִי Nominatiuo ego

Geni-

שֶׁלִּי	Genitiuo mei
אֵלַי vel לִי	Datiuo mihi
אֹתִי	Accuſatiuo me. Vocatiuo caret.
מִנִּי vel מֶנִּי vel מִמֶּנִּי	Ablatiuo à me.
	Plurali numero.
אָנוּ vel נַחְנוּ vel אֲנַחְנוּ	Nominatiuo nos
שֶׁלָּנוּ	Genitiuo noſtrum
אֵלֵינוּ vel לָנוּ	Datiuo nobis
אֹתָנוּ	Accuſatiuo nos. Vocatiuo caret.
מִמֶּנּוּ	Ablatiuo à nobis.

Pronomen ſecundæ perſonę diſtinctas voces habet pro genere maſculino, & pro fœminino; nam in nominatiuo ſingulari vox maſculina terminatur in littera ה otioſa, fœminina in תְ ſubſcriptum ſceua cum daghesc. Alij caſus obliqui omnes terminantur in littera ך quæ in voce maſculina ſubſcribitur per kamez, in fœminina per ſceua. Sed in numero plurali omnes caſus terminantur in voce maſculina in em, in fœminina in en; hoc modo.

Feminina.	Maſculina.
אַתְּ	אַתָּה
שֶׁלָּךְ	שֶׁלְּךָ
לָךְ אֵלַיִךְ	לְךָ אֵלֶיךָ
אֹתָכָה אֹתָךְ אֹתֵךְ	אֹתְךָ
מִמֵּךְ	מִמְּךָ
Plurali numero.	
אַתֵּנָה vel אַתֶּן	אַתֶּם
שֶׁלָּכֶן	שֶׁלָּכֶם
אֲלֵיכֶן לָכֶן לָכֵנָה	לָכֶם אֲלֵיכֶם
אֶתְכֶן	אֶתְכֶם
מִכֶּן vel מִמְּכֶן	מִכֶּם מִמְּכֶם

Eſt

Eſt autem aduertendum, quod tribus in locis ſacræ Scripturæ vox feminina huius nominatiui, ſcilicet אַתְּ accipitur maſculinè. Primo, Nu. 11. וְאִם כָּכָה אַתְּ עֹשֶׂה לִּי ſi ſic tu facis mihi, tu ſcilicet Deus, ſed latinus Textus dicit: Sin aliter tibi videtur. Secũdo, Deu. c. 5. וְאַתְּ תְּדַבֵּר אֵלֵינוּ tu loqueris nobis, vel ad nos, tu ſcilicet Moyſes. Tertio, Ezec. c. 28. אַתְּ כְּרוּב מִמְשַׁח הַסּוֹכֵךְ tu cherub extentus, & protegens. Aliquando vero in caſibus obliquis numeri ſingularis huius pronominis accipitur vox fœminina in genere maſculino, ſed id raro accidit, ſcilicet in fine clauſulæ, vt Deut. 7. לָתֶת לָךְ ad dandum tibi, & Prouer. 7. תִּנְצְרֶה אֹתָךְ ideſt teget te. Datiuus etiam pluralis huius nominis in voce fœminina, ſcilicet לָכֶן debet ſcribere littera chaph cum ſægol, nam ſi cum zere ſcriberetur, illa dictio eſſet coniunctio illatiua, ſcilicet propria, & hoc eſt bene notandum.

Pronomen primitiuum tertiæ perſonæ, etiam diſtinctas habet voces pro genere maſculino, & fœminino, eius nominatiuus ſingularis in genere maſculino deſinit in vau cum ſurec, & ſequente aleph otioſa, in genere fœminino deſinit in vocali ſequentibus iod, & aleph otioſis, vel vau, & aleph otioſis. Obliqui vero caſus eius in genere maſculino deſinunt in vocali o ſequente vau otioſa, præter ablatiuum, quod deſinit in u. In genere fœminino obliqui caſus deſinunt in vocalem a, pro camez ſequente he cum puncto mappic, in plurali numero omnes caſus in genere maſculino deſinunt in em, in genere fœminino in en. Hoc modo.

Fœminina.	Maſculina.	
הִיא הוּא	הוּא	Nom. illæ illa
		Gen.

שֶׁלָּהּ שֶׁלּוֹ Gen. illius, vel ſui
לָהּ אֵלֶיהָ לוֹ אֵלָיו Dat. illi vel ſibi
אֹתָהּ אֹתוֹ Accuſ. illum illam. Voc. caret
מֶנָּהוּ מִמֶּנָּה vel מִנֵּהוּ vel מִמֶּנּוּ Ablat. ab illo illa

Plurali numero.

הֵנָּה vel הֵן הֵמָּה vel הֵם Nom. illi illæ
שֶׁלָּהֶן שֶׁלָּהֶם Gen. illorum illarum
אֲלֵימוֹ לָהֶן אֲלֵיהֶן לָהֶם אֲלֵיהֶם לָמוֹ Dat. illis vel ſibi
אֶתְהֶן אֹתָהֶן אֹתָנָה אֹתָם אֶתְהֶם Accuſ. illos illas
מֵהֶן מֵהֵנָּה מֵהֶם מִנְהֶם Abl. ab illis vel à ſe.

Notanda eſt hic amphibologia ſuper ablatiuo ſingulari maſculino huius pronominis, qui eſt omnino ſimilis in litteris, & punctis ablatiuo plurali primi pronominis, nec poteſt eorum differentia cognoſci, aliter quam ex ſententia, & contextura orationis. In hoc etiam pronomine aliquando vox maſculina accipitur pro fœminina, vt Ruth 1. וְהֵמָּה בָּאוּ idest, illæ venerunt, & aliquando è contra vox fœminina pro maſculina, vt 2. Reg. 5. וְהֵנָּה בָּאוּ ideſt, & illi venerunt, licet in quibuſdam lib. illa dictio וְהֵנָּה aliter ſcribatur, ſcilicet וְהִנֵּה ecce, cui conſonat, & tráſlatio chaldaica, quæ ſic habet וְהָא אָתוֹ i. & ecce venerunt.

Quartum pronomen, quod etiam eſt tertiæ perſonæ in hoc differt à præcedente, quia tertium eſt demonſtratiuũ rei diſtantioris, ſed hoc quartum eſt demonſtratiuum rei propinquioris. Vnde illud correſpondet pronomini latino ille, illa, illud; ſed hoc correſpondet pronomini latino hic hæc hoc, vel iſte, iſta, iſtud, huius pronominis numerus ſingularis habet diſtinctas voces pro genere maſculino, in plurali vero eadem vox eſt vtriuſque generis, caſus obliqui huius pronominis habent vocem ſui nominatiui

natiui cum articulis ſupradictis hoc modo.

זאת וזו   זֶה & זו Nominat. hic hæc
שֶׁל זאת   שֶׁל זֶה Genit. huius
לְזאת   לָזֶה Dat. huic
אֶת זאת   אֶת זֶה Accuſ. hunc hanc. Voc. caret
מִזאת   מִזֶּה Ablat. ab hoc ab hac.

Plurali numero.

אֵלֶּה Nom. hi hæ
שֶׁל אֵלֶּה Gen. horum harum.
לְאֵלֶּה Dat. his
אֶת אֵלֶּה Accuſ. hos has. Vocat. caret.
מֵאֵלֶּה Ablat. ab his.

Notandum, quod hoc pronomen ſæpius in ſcriptura ponitur ſine nomine ſubſtantiuo, & adiungitur verbo per modũ ſuppoſiti, vel appoſiti, vt Num. 26. לָאֵלֶּה תֵּחָלֵק הָאָרֶץ. i. his diuidetur terra. Aduertendum etiam quod iſta duo pronomina tertiæ perſonæ הוּא & זֶה quando adiungitur nominibus ſubſtantiuis, licet in nominatiuo poſſint poni, & poſtponi nominibus; tamen in caſibus obliquis ferè ſemper poſtponuntur nominibus, & tunc additur eis articulus ה he. Ratio huius regulæ eſt, quia conſuetudo linguæ Hæbraicæ eſt proferre prius ſubſtantiuum nomen, quam eius adiectiuum nomen, vel pronomen, vel participium ad hunc modum.

הָאִישׁ הַזֶּה vel הַלָּזֶה Vir iſte
הָאִשָּׁה הַזֹּאת vel הַלֵּזוּ vel הַלָּז Mulier iſta
הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה vel הָאֵל Viri iſti
הַנָּשִׁים הָאֵלֶּה vel הָאֵל Mulieres iſtæ.

Eodem modo diceretur in alio prononomine, ſcilicet הוּא
הָאִישׁ הַהוּא Vir ille

Mu-

הָאִשָּׁה הַהִיא Mulier ılla.

Exemplum in caſibus obliquis.

לָאִישׁ הַזֶּה Viro iſti

לָאִשָּׁה הַזֹּאת Mulieri huic.

Item aduerte, quod hæc eadem duo pronomina demonſtratiua non ſolum poſtponuntur nominibus ſubſtantiuis,ſed etiam adiectiuis, & genitiuo. Exemplum primi,Deut. 3. Montem bonum iſtum. Exemplum 2. Geneſ. 37. Vbi nos habemus,ecce ſomniator venit, hebraicè dicitur,Dominus ſomniorum iſte. Dicamus iam de pronominibus deriuatis,quæ tantum in compoſitione reperiuntur; componuntur autem hæc pronomina cum omnibus alijs ferè partibus orationis, & in tali compoſitione ſemper pronomen ponitur in fine, & mutant primas vocales, quemadmodum ſuperius in nomine dictum eſt,in numero plurali. In his etiam pronominibus primæ perſonæ ſunt indifferentes in genere maſculino, & fœminino, tam in ſingulari numero, quam plurali; in pronominibus vero ſecundæ, & tertiæ perſonæ voces illæ variantur pro genere maſculino,& fœminino. Sequuntur etiam hæc pronomina deriuatiua in omnibus ſuis caſibus terminationes caſuum obliquorum aliorum pronominum primitiuorum. Exemplum de compoſitione nominis cum pronomine in hoc nomine דָּבָר i.verbum.

דְּבָרִי Verbum meum maſc.vel fœm.

דְּבָרְךָ Verbum tuum.

דְּבָרָהּ דְּבָרֵהוּ vel דְּבָרוֹ Verbum ſuum,vel illius.

דְּבָרֵנוּ Verbum noſtrum maſ.vel fœm.

דְּבַרְכֶן דְּבַרְכֶנָה דְּבַרְכֶם Verbum veſtrum.

דְּבָרָן דְּבָרֵמוֹ vel דְּבָרָם Verbum ſuum,vel illorum.

L Plu-

Plurari numero.

דְּבָרִים Verba. com. gen.

דְּבָרַי Verba mea maſc.vel fœm.

דְּבָרֶיךָ דְּבָרַיִךְ vel דְּבָרָיְכִי Verba.

דְּבָרָיו דְּבָרֶיהָ Verba ſua,vel illarum.

דְּבָרֵינוּ Verba noſtra maſc.& fęm.

דִּבְרֵיכֶם דִּבְרֵיכֶן Verba veſtra.

דִּבְרֵיהֶם דִּבְרֵיהֶן vel דִּבְרֵיהֶנָּה Verba ſua,vel illorum.

Et hoc modo fit compoſitio iſta in omnibus alijs nominibus non deſinentibus in littera הּ. Verum in fine clauſulæ pronomen ſecundæ perſonæ in genere maſculino numeri ſingularis mutat ſceua vltimæ litteræ ſubſtantialis nominis in ſægol,& in eadem littera ponitur accentus dictionis, vt Num. 14. סָלַחְתִּי כִּדְבָרֶךָ i. peperci iuxta verbum tuum. In nominibus verò deſinentibus in littera ה maximè ſi præcedat vocalis a,tunc littera ה mutatur in ת & fit compoſitio hoc modo תורה i. lex.

Fęminina. Maſculina.

תּוֹרָתִי lex mea maſc.vel fęm.

תּוֹרָתְךָ תּוֹרָתֵךְ Lex tua

תּוֹרָתוֹ תּוֹרָתָהּ Lex ſua,vel illius

תּוֹרָתֵנוּ Lex noſtra maſc.vel fęm.

תּוֹרַתְכֶם תּוֹרַתְכֶן Lex veſtra

תּוֹרָתָם תּוֹרָתָן Lex ſua, vel illorum,vel illarũ.

Plurali numero.

תורות Leges

תּוֹרוֹתַי Leges meæ maſc.vel fęm.

תּוֹרוֹתֶיךָ תּוֹרוֹתַיִךְ Leges tuæ

תּוֹרוֹתָיו תּוֹרוֹתֶיהָ Leges ſuæ,vel illius

תּוֹרוֹתֵינוּ Leges noſtræ maſc.vel fęm.

Leges

תּוֹרוֹתֵיכֶם תּוֹרוֹתֵיכֶן Leges veſtræ

תּוֹרוֹתֵיהֶם תּוֹרוֹתֵיהֶן Leges ſuæ, vel illorũ, vel illarũ.

ET hæc exempla omnia ſunt in caſu nominatiuo; pro alijs verò caſibus obliquis oportet ponere articulos inſeparabiles, aut ſeparabiles, vt dictum eſt in nomine, excepto quod articulus ה rariſſime ponitur in eis.

Exempla etiam de compoſitione horum pronominũ cum verbis, participijs, & alijs dictionibus inferius ponenda ſunt in ſuis locis. Notandum etiam quod nomina propria hominũ, locorũ, non recipiunt compoſitionem cum pronominibus in ſermone Hebraico; ſed vbi talis ſententia occurrerit, interponendum eſt nomen commune, ſcilicet filius, vel ſeruus. Vnde pro eo, quod Latini dicũt, meũ Iob, ſermo Hebræus habet עַבְדִּי אִיּוֹב vt patet Iob 1. Ex his ergo, quæ in hoc cap. & præcedentibus notata ſunt de nominibus proprijs clarẽt quatuor proprietates notabiles nominis proprij, quas Hebræi memorãt hoc vocabulo סְמִיכוּת רִבּוּי כִּנּוּי יְדִיעָה i. iunctamentum, ſeu conſtructio genitiui, pluralitas, pronomen, notitia, ſiue articulus ה, quia talia non admittũt nomen proprium. Ab hac regula compoſitionis excipiuntur quædam nomina deſinentia in ה, quæ non mutant ה in ת, vt סֻכָּה ideſt, tabernaculum, Pſalmus 26. כִּי יִצְפְּנֵנִי בְּסֻכֹּו ideſt, quia abſcondit me in tabernaculo ſuo; vbi pro סֻכָּתוֹ ponitur סֻכֹּו, item פִּשְׁתָּה i. linum, Oſeæ 2. צַמְרִי וּפִשְׁתִּי i. lana mea, & linum meum, vbi pro eo quod eſſe debuit פִּשְׁתָּתִי legitur פִּשְׁתִּי, & alia quã plura ad hunc modum.

Et notandum, quod etiam pronomen deriuatiuum tertiæ perſonæ numeri ſingularis in genere fęminino deſinit in he, cum puncto mappic דְּבָרָהּ תּוֹרָתָהּ i. verbum e-

ius lex eius, ſcilicet fęmininæ.

Aduertendum præterea, quod aliquando reperiuntur aliqua nomina ſimplicia, i. non compoſita cum pronomine, quę tamen terminantur ad modum compoſitorum pronominum primæ perſonæ, & non aliter diſcernuntur à nominibus cõpoſitis cum pronomine, quam per textum, & ſententiam litteræ, vt Gen. 49. בְּנִי אֲתֹנוֹ i. filius aſinæ ſuæ, non enim bene diceretur filius meus aſinæ ſuæ, Hier. quoque 22. וְקָרַע לוֹ חַלּוֹנָי i. aperuit ſibi feneſtras, & non debet intelligi feneſtras meas. Eſt præterea aduertenda hic alia amphibologia, ſunt enim quædam nomina terminata in vocales, i. quæ poſſunt eſſe nomina compoſita cum pronomine primæ perſonæ, ſed hæc ambiguitas ex conſtructione determinatur, vt אֲבִי יִשַׁי i. pater Iſai, eſt nomen ſimplex, ſed ſine illo genitiuo eſt compoſitum, i. pater meus, & ſic de alijs. Verum quando huiuſmodi nomina componuntur pro nominibus deriuatiuis tertiæ perſonæ habet difficultatem in ſua compoſitione, quia non ſequuntur modum aliorum nominum, de quibus dedimus ſuperius exempla, componuntur ergo hoc modo.

Fęminina.	Maſculina.	
אָבִיהָ	אָבִיו vel אָבִיהוּ	Pater eius, vel illius
אָחִיהָ	אָחִיו vel אָחִיהוּ	Frater eius, vel illius.
פִּיהָ	פִּיו vel פִּיהוּ	Os eius, vel illius.

Denique hoc nomen כֹּל quando componitur cum pronomine cuiuſcunque perſonæ mutat punctum vocalem camez in ſciurec hoc modo כּוּלָּנוּ omnes nos כּוּלָּם omnes illi כּוּלְּכֶם omnes vos, hactenus de pronomine.

De Caſibus.

SErmo Hebraicus præter communem vſum Latinorum,

rum, & Græcorum non variat caſus nominum per terminationes, quandoquidem omne nomen Hebræum eſt indeclinabile per omnes caſus, excepta differentia numeri ſingularis, & pluralis, de qua dictum eſt. Ad cognoſcendũ ergo, in quo caſu ponitur omne nomen in ſerie orationis Hebraicè, ponuntur tres regulæ ſpeciales. Prima regula eſt per conſtructionem nominum cum verbo, vel nominis cum nomine; nam ſi nomen iungatur verbo in nomine ſuppoſiti eſt nominatiui caſus; ſi vero in nomine appoſiti, vel perſona patiẽtis eſt accuſatiui, vel alterius obliqui caſus; exemplum אִישׁ אָכַל לֶחֶם idest vir comedit panẽ, clarum eſt, quia אִישׁ eſt nominatiuus & לֶחֶם eſt accuſatiuus, ſed ſi nomen ſubſtantiuum adiungatur nomini ſubſtantiuo primum eorum eſt nominatiui caſus, & regit poſt ſe alterũ in caſu obliquo, ſcilicet genitiuo, vel alio aliquo. Exemplũ שְׁלֹמֹה בֶּן דָּוִד i. Salomon filius Dauidis, clarum eſt, quod שְׁלֹמֹה eſt nominatiuus, & Dauid eſt genitiuus.

Secunda regula, & tertia ſunt per articulos, vel propoſitiones; nam quædam ſunt propoſitiones inſeparabiles, ſcilicet adduntur nomini per compoſitionem, aliæ ſeparabiles, i. additæ nomini per appoſitionem vtriuſque illarum, vtitur ſermo Hebraicus ad deſignandos caſus, ſit ergo.

Secunda regula de propoſitionibus inſeparabilibus, quę ſunt iſtæ quatuor litterę הַלְּמַבּ prima iſtarum, ſcilicet ה eſt articulus nominatiui in quocunque numero, & genere nominis, & ſubſcribitur per vocalem a, ut הָאִישׁ i. vir הָאִשָּׁה mulier הָאִישִׁים viri הָאִשּׁוֹת mulieres. Verumtamen in nominibus poliſyllabis incipientibus à littera ה vel ע prædictus articulus ſubſcribitur per vocalem e ſægol, vt הֶהָרִים

mon-

Digitized by Google

montes הֶעָרִים ciuitates,iſte enim articulus he, denotat genitiuum,ſed ad cognoſcendum cuius caſus eſt nomen habens talem articulum,i. quaado eſt nominatiui,& quando genitiui caſus. Recurrendum eſt ad primam regulam de conſtructione.

Aduertendum verò quod nomen regens poſt ſe genitiuum non ſcribitur cum iſto articulo ה vt Gen. cap. 2. תוֹלְדוֹת הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ generationes cæli, & terræ; nomina quoque propria hominum, & locorum non recipiunt prædictum articulum ה neque poſſunt immediate poſt ſe regere genitiuum, niſi interueniat aliud nomen appellatiuum, vt Deut. 33. מֹשֶׁה אִישׁ הָאֱלֹהִים Moyſe vir Dei, ex hoc ſequitur, quod quandocunque duo, vel plura nomina propria in ſerie textus immediate ſunt, omnia in eodem caſu nominatiuo ponũtur, vt Exo. 1. רְאוּבֵן שִׁמְעוֹן לֵוִי וִיהוּדָה Ruben, Simeon, Leui, & Iuda, &c.

Secunda littera ל eſt datiui, tertia, ſcilicet mem eſt articulus ablatiui, quarta, ſcilicet ב eſt articulus effectiui, i. caſus ſeptimi, accuſatiuus non habet articulum inſeparabilẽ, ſed ſeparabilem, de quo infra.

Vocatiuus eſt ſimilis nominatiuo excepto quod ferè ſemper ponitur ſine articulo, cognoſcitur enim vocatiuus in ſcriptura Hebraica per geminationem, vel triplicationem dictionis: exemplum primi, vt per Gen. 12. אַבְרָהָם Ier. 22. terra, terra, terra audi verbum Dei, aliquando tamen vocatiuus non geminat dictionẽ, vt patet in eodem cap. 22. Gen. aduerte tamen pro hac ſecunda regula, quod ille articulus ה poteſt poni cum omnibus caſibus, ſed poſt litteram propriã, quæ eſt articulus illius caſus, nunc exemplar ponamus, in quo omnia prædicta in hac ſecunda regu-

Digitized by Google

regula plane intelligantur.

אִישׁ vel הָאִישׁ	Nominat. vir
אִישׁ vel הָאִישׁ	Gen. viri
לְאִישׁ vel לְאִישׁ vel לְהָאִישׁ	Dat. viro
אֶת אִישׁ vel אֶת הָאִישׁ	Accuſ. virum
אִישׁ אִישׁ vel הָאִישׁ	Vocat. vir
מֵאִישׁ vel מֵאִישׁ vel מֵהָאִישׁ	Ablat. à viro
בְּאִישׁ vel בְּאִישׁ vel בְּהָאִישׁ	Effectiuo viro.

Plurali numero.

אִישִׁים vel הָאִישִׁים	Viri
אִישִׁים vel הָאִישִׁים	Virorum
לְאִישִׁים vel לְאִישִׁים vel לְהָאִישִׁים	Viris
אֶת אִישִׁים vel אֶת הָאִישִׁים	Viros
אִישִׁים אִישִׁים	O viri
מֵאִישִׁים vel מֵאִישִׁים vel מֵהָאִשִׁים	A viris
בְּאִישִׁים vel בְּאִישִׁים vel בְּהָאִישִׁים	Effectiuo viris.

Tertia regula cognoſcendi caſus nominum eſt per articulos, qui ſunt præpoſitiones ſeparabiles, iſtæ ſunt quinque שֶׁל אֶל אֶת מִן עִם

Appendix.

ADuertendum hic occaſione relatiuorum, quod tria ſunt vocabula, quæ frequenter non exprimuntur, ſed ſubijciuntur in Textu ſacræ Scripturæ, ſcilicet relatiuum, verbum ſubſtantiuum, & articulus denotans caſum nominis. Exemplum 1. in Pſal. 7. וְעוּרָה אֵלַי מִשְׁפָּט צִוִּתָה ideſt conſurge ad me iudicium, quod mandaſti, vbi non exprimitur relatiuum, quod, ſed intelligitur.
Exemplum 2. poſitum eſt iam in oratione Dominica, vbi nō exprimitur verbū es, & in Pſal. 2. יְהוָה אָמַר אֵלַי בְּנִי אַתָּה filius meus es tu, & frequenter hoc verbum ſuppletur in

ſacra

ſacra Scriptura per pronomen tertiæ perſonæ, obſeruato numero eius,& genere, quemadmodum fuerit expediens Gen. 34. הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה שְׁלֵמִים הֵם אִתָּנוּ i. uiri iſti pacifici ſunt nobiſcum. Vbi loco huius uerbi, ſunt,ponitur hoc pronomẽ הֵם. Exemplũ 3.in Pſ.3. כִּי הִכִּיתָ אֶת כָּל אוֹיְבַי לֶחִי quoniam percuſſiſti inimicorum meorum maxillam, ubi non explicatur articulus illius dictionis maxillam,& ſic de alijs multis,& hoc notabile ualet multum ad intelligentiã Prophetarum in Hebræo, ubi iſti defectus ſunt frequentiſſimi.

De Pronominibus ſeparatis.

HAbent Hebræi tria pronomina declinabilia, nempe אָנֹכִי vel אֲנִי ego, אַתָּה tu, הוּא ille. Appellant autem pronomen primæ perſonæ מְדַבֵּר בַּעֲדוֹ loquens pro ſe, & pronomen אֲנִי habet aleph -: niſi cum venerit ad locum pauſantem,tunc habet ־. Eſt autem communis generis, declinanturq. in hunc modum.

אֲנִי & אָנֹכִי	ego	אֲנַחְנוּ	nos
שֶׁלִּי	mei	שֶׁלָּנוּ	noſtri
לִי	mihi	לָנוּ	nobis
אוֹתִי	me	אוֹתָנוּ	nos
מִמֶּנִּי & מֶנִּי	a me	מִמֶּנּוּ	a nobis.

Regulare plurale ab אֲנִי eſt אָנוּ quod & interdum inuenitur, ſed אֲנַחְנוּ eſt frequentius. Inuenitur etiam נַחְנוּ ſine aleph.

Secunda perſona maſculini.

אַתָּה	tu	אַתֶּם	vos
שֶׁלְּךָ	tui	שֶׁלָּכֶם	veſtri
לְךָ & לְכָה	tibi	לָכֶם	vobis
אוֹתְךָ & אוֹתְכָה	te	אֶתְכֶם	vos

Digitized by Google

מִמְּךָ	à te	מִמְּכֶם & מִכֶּם	à vobis

Secunda perſona fœm.

אַתְּ	tu	אַתֵּן & אַתֵּנָה	vos
שֶׁלָּךְ	tui	שֶׁלָּכֶן	veſtri
לָךְ	tibi	לָכֶן & לָכֵנָה	vobis
אוֹתָךְ	te	אֶתְכֶן	vos
מִמֵּךְ & מִמֵּךְ	à te	מִכֶּן	à vobis.

Pronomen tertiæ perſonæ maſc.

הוּא	ille	הֵם & הֵמָּה	illi
שֶׁלּוֹ	illius	שֶׁלָּהֶם	illorum
לוֹ & לָמוֹ	illi	לָהֶם & לָמוֹ	illis
אוֹתוֹ	illum	אוֹתָם & אֶתְהֶם	illos
מִמֶּנּוּ	ab eo	מֵהֶם & מִנְּהֶם	ab illis.

Tertia perſona fœm.

הִיא & הִוא	illa	הֵן & הֵנָּה	illæ
שֶׁלָּהּ	illius	שֶׁלָּהֶן	illarum
לָהּ	illi	לָהֶן	illis
אוֹתָהּ	illam	אוֹתָן & אֶתְהֶן	illas
מִמֶּנָּה	ab illa	מֵהֶן	ab illis

Alia pronomina.

זֶה & זוּ	iſte	אֵלֶּה & אֵל	hi, iſte, iſtæ
זה זו זאת	ea iſta	אֵלֶּה	hæ iſtæ

De partibus orationis præcipuis.

PОnunt Hebræi tres partes orationis, ſ. שֵׁם פּוֹעַל וּמִלָּה idest nomen, verbum; & dictionem conſignificatiuam. De verbis primum, ac deinde de nominibus dicemus. Eſt enim maior difficultas in verbis quàm in nominibus. Et hic obiter repetamus ea, quæ ſupra de litteris radicalibus ſcripſimus, nempe quod omne nomen, & verbum apud Hebræos tribus conſtat radicalibus litteris, & omnes aliæ

litteræ à fronte, vel calce accedentes miniſterium quoddá exhibent, quapropter & ſeruiles vocantur, abijciendæque dum vocis ſignificatio ex lexico quærenda venit. Hæ autem tres cuiuſcunque dictionis radicales litteræ denominationem habent à litteris huius verbi פָּעַל. Nam ſicut in radice פָּעַל prima radicalis eſt pe, ſecunda ain, & tertia *lamed*; Ita in verbo שָׁמַר, ſcin denominatur pe; ideſt, prima radicalis, & mem, denominatur hain, i. ſecunda radicalis, & reſc denominatur lamed, i. tertia radicalis. Et hic notandum aliquando in radice primam amitti radicalem, aliquando mediam, & non raro vltimam. Verba & nomina, quæ primam radicalem, vel obijciunt, vel in aliam commutant, propriam habent claſſem, ſic quæ ſecundam non ſemper retinent, alium faciunt ordinem, naſcunturq; hoc modo ſeptem גִּזְרוֹת ideſt ordines verborum, quibus adhuc vnus ſuperadditur, cuius verba, & nomina tribus integrantur litteris, & de his nunc ſigillatim diſſeremus; & primo de גִּזְרָה prima, i. de ordine primo.

Ordo primus.

PRimus verborum, & nominum ordo complectitur verba שְׁלֵמִים ideſt perfecta. Verba ſeu nomina perfecta ſunt, quæ nunquam ob quamcunque inflexionem vllam eſſentialem amittunt litteram, vt שָׁמַר cuſtodiuit, הָרַג occidit, לָמַד didicit.

Secundus ordo.

IN hunc relegantur omnia verba, quorum pe, ideſt prima radicalis eſt littera נ aut ל quæ ſunt duo tantum לָקַח tulit, & לָתַע euellit, aut י ſi ſecunda fuerit צ quæ ſunt ſex tantum, ſcilicet יָצַב יָצַג יָצַע יָצַק יָצַר יָצַת. Et duo alia, quorum ſecunda non eſt צ quæ ſunt יָקַד יָקַף :excipitur autem.

ver-

verbum יָצָא, quod facit iod quieſcere,& nõ deficere, cũ ſint ex quieſcentibus, vocanturq; illa verba חַסְרֵי פֵּא נוּן או ל או י ideſt, defectiua in prima radicali nun, vel lamed, vel iod. Solet autem defectus ille ſignari pũctulo daghes in media radicali littera. Exempla ſunt נָפַל cecidit, hinc verbum tranſitiuum הִפִּיל proiecit, נָטַע plantauit, הִטִּיעַ fecit plantare מַטָּע plantatio.

Tertius ordo.

HVic ordini aſſignantur duplicia verba, nempe ea, quę incipiunt ab Aleph,& quæ primã habent Iod, vt ſunt אָמַר dixit, אָכַל comedit, יָדַע cognouit, יָשַׁב habitauit. Et hæc vocantur נְחֵי פֵּי יוד או אלף. Nam quæ ab Aleph incipiunt, faciunt Aleph quieſcere in prima perſona futuri, vt ab אָכַל comedit, in futuro dicitur אוֹכַל comedam, pro אֶאֱכַל ſicut ab אָסַף dicitur, אֶאֱסוֹף cõgregabo, ſine quiete Aleph. Sic à יָדַע fit futurum אֵדַע cognoſcam,& à יָשַׁב ſedit, fit verbum tranſitiuum הוֹשִׁיב collocauit. Hic autem notandum litteram quieſcere in voce magna, mox præcedẽte cholem, fit etiam aliquando, vt defectus mutetur in quietem, i. in vocalem longam, idque tum quãdo daghes in littera gutturali ſignari nequit, vt à paſsiuo נֶאֱמַר dictus eſt, in futuro abijcitur nun paſsiua littera, qui defectus cũ in Aleph ſignari nequeat, mutatur in quietem, vt אֵאָמֵר dicar.

Quartus ordo.

COntinet hic ordo verba, quæ mediã habent Vau quieſcentem; vnde & נְחֵי עַיִן וָיו appellantur, vt קוּם ſurrexit, אָקוּם ſurgam. Quieſcit autem Vau in præterito, & participio præſenti in camez vocale. Nã licet קוּם ſit radix, tamen in præterito,& participio dicitur קָם ſurrexit, ſic in verbo בָּא venit, & שָׁב reuerſus eſt, & סָר receſsit,& לָן pernoctauit,

quieſcente media radicali in camez uoce magna. Porro in radice מֵת quieſcit Vau in zere, & in גִּיל exultauit, & גִּיף clauſit, &c. quieſcit in Iod hirec voce magna. In futuro vero, imperatiuo, & infinitiuo expreſſe ponitur Vau, vt אָמוּת moriar, אָבוֹא veniam, מוּת monere, לָשׁוּב ad reuertendum. Sunt etiam pauca quædam, quæ Vau ſemper retinent, vt אוֹר luxit אָאוֹר lucebo.

Quintus ordo.

IN hunc ordinem continentur omnia verba, quæ tertiam radicalem habent Aleph, vel He, vocanturque נָחֵי לָמֶד הֵא או אָלֶף idest, quieſcētia in tertia He, vel Aleph. Nam Aleph ſæpe quieſcit, aut potius muteſcit, vt קָרָא clamauit, קָרָאתָ clamaſti, ſed multo plus He quieſcit, idque potiſsimum in Iod, vt גָּלָה reuelauit, גָּלִיתָ reuelaſti, גָּלוּי reuelatus. Quieſcit & in holem, ut גָּלוֹת reuelare. Excipiuntur quatuor radices, in quibus He nunquam quieſcit, & ſunt תָּמַהּ גָּבַהּ כָּמַהּ נָגַהּ. Punctus in He deſignat immutabilem litteram.

Sextus ordo.

HAbet hic ordo uerba כְּפוּלִים idest duplicata, quæ ſcilicet geminant ſecundam radicalem, & abijciunt plerumque unam ſimilium, & reſiduam dagheſſant, transferunturque ex perfectorum ordine in hunc ſextum ordinem. Vitat enim hebraiſmus, ubi fieri poteſt, geminationem unius litteræ, ſuppletque defectum per daghes. Exempla סָבַב circuiuit, eſt uerbum perfectum, poteſtque coniugari, ut tale, ſed frequentius adiecto uno Beth coniugatur, ut uerbum huius ordinis, eſtque forma thematis eius talis סַב manente eadem ſignificatione. Et mox, ut alia ad litterā Beth acceſſerit littera, dageſſatur Beth. Nunquam enim

ultima dictionis littera dageſſatur, niſi punctum aliquod uocale habuerit ſubſtratum, à uerbo enim סַב fit ſecunda perſona סַבּוֹתָ circuiſti, & in tertia plur. סַבּוּ circuierunt, ubi ponitur daghes, ſic à רַךְ fit uerbum huius ordinis רַכּוֹתָ רַךְ tener fuit, à זַךְ fit זַךְ purus fuit, à תַּם fit תַּמּוֹתָ תַּם perfectus fuit, à רָץ fit רַצּוֹתָ רָץ confregit, à שָׁן fit שַׁנּוֹתָ שַׁן acuit, à גָּלַל fit גַּלּוֹתָ גַּל uolutauit, reuoluit, &c. in quibus omnibus abijcitur media radicalis, id quod daghes arguit, ſemper oſtendit litteram priorem deficere, & ob id hæc verba uocari poterunt ſyncopata. Tollitur enim media, relicta tamen notula daghes.

Septimus ordo.

HVic claſsi aſcribuntur uerba, quorum prima radicalis eſt, uel Nun deficiens, uel Iod quieſcens, & tertia He, uel Aleph quieſcens, ut יָרֵא timuit. נָשָׂא leuauit, יָרָה iecit, יָפָה pulcher fuit, אָפָה pinſuit, נָכָה uapulauit, נָטָה diuertit, inclinauit, quibus annumeratur unum, cuius extremitates ſunt duo Nun utrumque deficientia, nempe נָתַן dedit.

Componitur ergo ordo iſte ex ſecundo, & quinto, & item ex tertio, & quinto ordine.

Octauus ordo.

APpropriantur huic ordini omnia verba, & nomina, quę quatuor conſtant radicalibus litteris, aut quinque, qualia ſunt שַׁעֲשַׁע oblectauit, כִּלְכֵּל nutriuit, כִּרְסֵם deuaſtauit, פִּרְנֵס cibauit, גִּלְגֵּל reuoluit, rotauit, &c. & hæc omnia in una duntaxat inueniuntur coniugatione. Nomina quatuor eſſentialium litterarum hæc ſunt, & ſimilia בַּרְזֶל ferrum, פַּרְתָּם præfectus, פַּתְשֶׁגֶן exemplar.

De coniugationibus.

VOcant Hebræi coniugationem, בִּנְיָן, ideſt, ædificium;

nume-

numerantq; quatuor nempe Pahal cũpaſſiuo Niphal, Piel cum paſſiuo Pual, Hiphil cum ſuo paſſiuo Hophal, & Hithpael, denominant autem primam coniugationem פָּעַל, ſecundam פִּעֵל, tertiam הִפְעִיל, & quartam הִתְפַּעֵל. Et ſunt infinita uerba, quæ ſub hac quadruplici forma coniugantur. Hæc multiplex unius uerbi coniugatio fit propter tranſitiuam, & retranſitiuam habendam ſignificationem. Non enim ſingulis actionibus ſingula impoſita ſunt uerba, præſertim his, quæ per imperium noſtrum fieri poſſunt. Exempla: bibo dicit actionem immanentem, ſic edo, ſtudeo, adhæreo; quorum uerborum ſignificationem tranſitiuam latinus alijs dictionibus exprimit, nempe his poto, cibo, doceo, & applico: at Hebræus transfert uerbum primæ coniugationis in ſecundam, aut tertiã, & habet actionem tranſeuntem in alium, id quod aduertere potes ex prioribus exemplis. Nam ex שָׁקָה bibit, fit uerbum tranſitiuum הִשְׁקָה fecit bibere, ſeu potauit. Aduerte ſequentia exempla.

לָמַד	didicit	אָכַל	comedit	הֶאֱכִיל	cibauit
דָּבַק	adhæſit	הִדְבִּיק	applicuit	לִמֵּד	docuit
סָתַר	latuit	קָרַב	appropinquauit	קֵרֵב	adduxit
הָלַךְ	inceſſit	הוֹלִיךְ	conduxit	הִסְתִּיר	abſcondit
חָיָה	uixit	גָּדַל	creuit	גִּדֵּל	educauit
מֵת	mortuus eſt	הֵמִית	interfecit	חִיָּה	uiuificauit.

De retranſitiuis exempla à כָּכַל ſtultè egit, הִסְתַּכֵּל ſeipſum infatuauit, à שָׁמַר cuſtodiuit, הִשְׁתַּמֵּר obſeruauit ſe, à מֵת mortuus eſt, הִתְמוֹתֵת interfecit ſe, à לָמַד didicit, הִתְלַמֵּד docuit ſemetipſum, &c. Prima itaque coniugatio Poal aliquando eſt neutra; ſecunda Piel tranſitiua, & tertia Hiphil ſimiliter tranſitiua; quarta autem Hitpael reci-

cipro-

ciproca. Quando autem verbum aliquod in prima eſt tranſitiuum, in ſecũda ſignificatum eius intenditur, atque in tertia actio eius extenditur vſque in tertium. Exemplũ אכל comedit, qui actus tranſit in panem; in Piel verò dicitur אִכֵּל vorauit, & in Hiphil הֶאֱכִיל fecit comedere, puta pater fecit filium comedere panem. Sic פָּתַח aperuit oſtiũ, quod rurſum claudetur, פִּתַּח aperuit violenter, הִפְתִּיחַ fecit aperire per alium. Sunt etiam quædam abſoluta verba, quæ in prima, & ſecunda coniugatione non differunt in ſignificatione, niſi quod in Piel habent intenſionem quãdam, vt צָמַח germinauit, צִמַּח feſtinanter germinauit Ezech. 16. Sic הָלַךְ ambulauit, הִלֵּךְ circumſpectè ambulauit, vel ambulare fecit. Maior tamen pars verborum, quæ in prima coniugatione habent abſolutam ſignificationem fiunt tranſitiua in Piel, & Hiphil, vt

שָׂמַח	lætatus eſt	הִשְׂמִיחַ & שִׂמַּח	lætificauit.
גָּדַל	magnus fuit	הִגְדִּיל & גִּדֵּל	magnificauit
קָדַשׁ	ſanctus fuit	הִקְדִּישׁ & קִדֵּשׁ	ſanctificauit.
שָׁמַע	audiuit	הִשְׁמִיעַ & שִׁמֵּעַ	diuulgauit.
שָׁכַן	quieuit	הִשְׁכִּין & שִׁכֵּן	poſuit.
מֵת	mortuus eſt	הֵמִית & מוֹתֵת	interfecit.
שָׁב	reuerſus eſt	הֵשִׁיב & שׁוֹבֵב	reduxit.
קָם	ſurrexit	הֵקִים & קוֹמֵם	erexit.

Inueniuntur quoque verba quædam, quæ in diuerſis coniugationibus habent contraria ſignificata, qualia sũt.

שֵׁרֵשׁ	radicauit	שֵׁרֵשׁ	eradicauit.
חָטָא	peccauit	חִטֵּא	expiauit à peccato.
דִּשֵּׁן	incinerauit	דִּשֵּׁן	repurgauit à cinere
סָקַל	lapidauit	סִקֵּל	purgauit à lapidibus.
קָדַשׁ	ſanctus fuit	קָדֵשׁ	immundum ſcortũ?

Prima Coniugatio.

HAEc à forma ipſa vocatur פָּעַל; nam conſtat thema eius punctis camez & pathah; tametſi quædam etiam inueniantur, quæ ſecundam habent zere, vt חָדֵל ceſſauit, חָפֵץ uoluit. Quędam inueniuntur ſub vtraque forma, vt אָהֵב & אָהַב amauit, שָׁכֵן & שָׁכַן habitauit. Inuenitur etiam, quæ habent ſecundam vocalem holem, vt קָטֹן paruus fuit, ſed hæc forma eſt rara. Vocatur quoque iſta prima coniugatio בִּנְיָן קַל i. coniugatio leuis, quia thema eius præter tres nudas radicales litteras nihil ſuperadditum habet, ſicut reliquæ cõiugationes quæ grauãtur, aut pũctulo daghes, aut externis litteris. Cæterum paſſiuum huius primæ coniugationis vocatur à forma ipſa נִפְעַל nec aliud habet nomen. Sciendum quoque Hebræos habere in verbis genus maſculinum, & fœminininum in omnibus modis præterquam in infinitiuo, qui incerti eſt generis, numeri, & perſonæ. Habent autem duos modos, imperatiuum, infinitiuum. Non habent indicatiuum, nec optatiuum, nec coniunctiuum, ſed circumloquuntur modos illos, indicatiuum per participium præſentis temporis, & alios duos modos per futurum. Tempora habent quatuor, ſcilicet Præteritum, quod vertendum eſt pro cõmoditate lectionis, modo per perfectum, modo per imperfectum, & modo per pluſquam perfectum. & Benoni hoc eſt participium præſens, Paul i. participium præteriti paſsiui, & Futurum. Præteritum autem vocant עָבָר & incipiunt ab eo coniugare, ſicut Latini à præſenti indicatiui: ſunt in eo tres perſonæ genere differentes, nempe tertia ſingularis, & ſecunda perſona ſingularis, & pluralis; reliquæ ſunt comm.gen. i, omnes primæ perſonę, & tertia pluralis præteri-

teriti, quod de omnibus coniugationibus eſt intelligendũ actiuis,& paſſiuis.Nunc itaque ponam formulas præteriti per omnes ordines.

Præteritum Kal primi ordinis.

שָׁמַרְתִּי	שָׁמַרְתָּ	שָׁמַר
cuſtodiui	cuſtodiſti	cuſtodiuit
שָׁמַרְנוּ	שְׁמַרְתֶּם	שָׁמְרוּ
cuſtodiuimus	cuſtodiſtis	cuſtodierunt

Tres perſonæ fœmininæ.

שְׁמַרְתֶּן	שָׁמַרְתְּ	שָׁמְרָה
cuſtodiſtis	cuſtodiſti	cuſtodiuit.

In ſecundo ordine.

נָגַשְׁתִּי	נָגַשְׁתָּ	נָגַשׁ
acceſſi	acceſſiſti	acceſsit.
נָגַשְׁנוּ	נְגַשְׁתֶּם	נָגְשׁוּ
acceſsimus	acceſsiſtis	acceſſerunt

Tres perſonæ fœmininæ.

נְגַשְׁתֶּן	נָגַשְׁתְּ	נָגְשָׁה
acceſsiſtis	acceſsiſti	acceſsit.

In tertio ordine.

יָשַׁבְנוּ	יְשַׁבְתֶּם	יָשְׁבוּ	יָשַׁבְתִּי	יָשַׁבְתָּ	יָשַׁב
ſedimus	ſediſtis	ſederunt	ſedi	ſediſti	ſedit

Tres perſonæ fœmininæ. יָשְׁבָה יָשַׁבְתְּ יְשַׁבְתֶּן.

In quarto ordine.

קַמְתִּי	קַמְתָּ	קָם
ſurrexi	ſurrexiſti	ſurrexit.
קַמְנוּ	קַמְתֶּם	קָמוּ
ſurreximus	ſurrexiſtis	ſurrexerunt

Tres perſonæ fœmininæ. קָמָה קַמְתְּ קַמְתֶּן.

מַתְנוּ	מַתֶּם	מֵתוּ	מַתִּי	מַתָּ	מֵת
obijmus	obijſtis	obijerunt	obij	obijſti	obijt

Tres perſonæ fœmininæ. מֵתָה מַתְּ מַתֶּן

In quinto ordine.

גָּלִיתִי	גָּלִיתָ	גָּלָה
exulaui	exulaſti	exulauit
גָּלִנוּ	גְּלִיתֶם	גָּלוּ
exulauimus	exulaſtis	exularunt

Tres perſonæ fœmininæ. גָּלְתָה גָּלִית גְּלִיתֶן

בָּרָאתִי	בָּרָאתָ	בָּרָא
creaui	creaſti	creauit
בָּרָאנוּ	בְּרָאתֶם	בָּרְאוּ
creauimus	creaſtis	creauerunt.

Tres perſonæ fœmininæ. בָּרְאָה בָּרָאת בְּרָאתֶן.

In ſexto ordine.

תַּמּוֹתִי	תַּמּוֹתָ	תַּם
perfeci	perfeciſti	perfecit
תַּמּוֹנוּ	תַּמּוֹתֶם	תַּמּוּ
perfecimus	perfeciſtis	perfecerunt.

Tres perſonæ fœmininæ. תַּמָּה תַּמּוֹת תַּמּוֹתֶן.

In ſeptimo ordine.

נָטָה inclinauit, יָרֵא timuit, יָרָה iecit, נָתַן dedit, אָפָה pinſuit, ſiue coxit, &c.

נָטָה נָטִיתָ נָטִיתִ נָטוּ נְטִיתֶם נָטִינוּ נָטְתָה נָטִית נְטִיתֶן.

יָרֵא יָרֵאתָ יָרֵאתִי יָרְאוּ יְרֵאתֶם יָרֵאנוּ יָרְאָה יָרֵאת יְרֵאתֶן

יָרָה יָרִית יָרִיתִי יָרוּ יְרִיתֶם יָרִינוּ יָרְתָה יָרִית יְרִיתֶן

נָתַן נָתַתָּ נָתַתִּי נָתְנוּ נְתַתֶּם נָתַנּוּ אוֹנָתַנוּ נָתְנָה נָתַתְּ נְתַתֶּן

אָפָה אָפִיתָ אָפִיתִי אָפוּ אֲפִיתֶם אָפִינוּ אָפְתָה אָפִית אֲפִיתֶן

Notabilia.

PRimo hic notandum, in Biblijs ſacris per pauſam mu- tari

tari pathah præteriti in camez, & ſceua tertiæ pluralis in zere, vel camez, vt שָׁמֵר cuſtodiuit, פָּקֵד viſitauit, שָׁמֵרוּ cuſtodierunt, pro שָׁמְרוּ & pro חָפְצוּ חָפֵצוּ deſiderauerunt. Secundo notandum, quod ea verba, quæ ſecundam vocem in themate habent zere, mutant illam in prima, & ſecunda perſona in pathac, vt חָפֵץ חָפַצְתָּ חָפַצְתִּי, atque in tertia plurali, & tertia ſingulari fœm. in ſceua, ſicut primæ formæ verba. In pauſa vero ſoluitur ſceua in zere, vt חָפְצָה & חָפֵצָה deſiderauit mulier. Tertio notandum, quod ſecunda ſingularis maſc. ſæpe recipit paragogen he, vt שָׁמַרְתָּ & שָׁמַרְתָּה cuſtodiuiſti. Ponitur aliquando in tertia plurali ה loco vau, & tunc ſciurec mutatur in kybbuz, vt פָּקְדוּ pro פָּקְדָה viſitauerunt. Quarto notandum, camez in præterito mutatur in ſceua in ſecunda plurali. Mutatur autem camez initiale peculiariter in ſceua, quando eſt mutādum, idque tam in nominibus, quam verbis. Quinto notandum cum tertia radicalis eſt ה vt in verbis שָׁבַת quieuit, כָּרַת excidit, מֵת mortuus eſt, & ſimilibus, & accedunt in prima, & ſecunda præteriti ſyllabæ תֶּם תָּ תִּי contrahuntur duo thau in vnum per daghes forte, vt כָּרַתָּ ſuccidiſti, & non כָּרַתְתָּ Vitat enim Hebraiſmus vbi fieri poteſt geminationem vnius litteræ. Sexto notandum, verba, quæ deſinunt in tertiam radicalem heth, vel ain, in ſecunda præteriti fęm. regularem formam plerumque mutare in iſtā שָׁכַחַתְּ pro שָׁכַחְתְּ oblita es, שָׁמַעַתְּ pro שָׁמַעְתְּ audiuiſti, לָקַחַתְּ pro לָקַחְתְּ accepiſti. Septimo notandum verba ſecundi, & tertij ordinis, i. defectiua, & quieſcentia primæ radicalis non differre in præterito à verbis primi ordinis. Atque ſunt de quarto ordine, i. quieſcentia hain mutant camez, & zere thematis in pathah, quando ante תָּ תִּי eſt ſcriben-

dum ſceua. In quinto vero ordine; i. quieſcentibus tertiæ radicalis mutatur ante תִּ יתִ he in iod. Et quædam in plurali quoque retinent iod, vt à חָסָה ſperauit, חָסְיוּ ſperauerunt, & in fęmin. חָסְיָה ſperauit. In tertia tamen ſing. fęminini, vbi duo He concurrunt primum quaſi regulariter mutatur in thau raphatum, vt הָיָה fuit vir, הָיְתָה & non הָיְהָה fuit mulier. Excipitur גָּבַהּ cum paucis ſimilibus, de quibus & ſupra mentionem feci. Nam à גָּבַהּ dicimus גָּבַהְתָּ eminuiſti, גָּבְהָה eminuit mulier. Octauo notandum in ſexto ordine, ideſt in verbis duplicantibus ante תִּ יתִ poni vau holem propter fortificationem daghes repræſentãtis defectum litteræ abiectæ. Nono aduertendum præteritum verborum ſeptimi ordinis, i. verborum defectiuorum primæ, & quieſcentium tertiæ radicalis imitari quintum ordinem quieſcentium tertiæ radicalis, excepto נָתַן cuius tertia radicalis nun deficit ante תִּ יתִ nec habet ſibi ſimile in toto Hebraiſmo, in quo tertia radicalis nun deficiat.

P R I M A K A L.

Participium præſens Kal

Vocatur hoc participium à forma ipſa פּוֹעֵל & proprio nomine appellatur בֵּינוֹנִי ideſt inter medius. Nam verba huius participij mediant quodammodo inter præteritum, & futurum, habentque formam nominum in vtroque genere, & numero; immo abſoluuntur aliquando à tempore, & fiunt pura nomina, vt שׁוֹמֵר cuſtodiens, & cuſtos, שׁוֹמֵעַ audiens, & auditor. Per hoc participium Hebræi circumloquuntur verbum præſentis temporis, cui ſi adijciatur pronomen primæ perſonæ אֲנִי benoni erit primæ perſonæ, vt אֲנִי פוֹקֵד ego viſitans, vel ego viſito; ſi ſecundæ

erit

erit ſecundæ, vt אַתָּה פּוֹקֵד tu viſitas, ſi tertiæ erit tertiæ, vt הוּא פּוֹקֵד ille viſitans eſt, ideſt viſitat, ſicut אֲנִי שׁוֹמֵר ego cuſtodio, אַתָּה שׁוֹמֵר tu cuſtodis, אֲנַחְנוּ שׁוֹמְרִים nos cuſtodimus, &c.

Forma participij præſentis temporis Kal in perfectorum ordine.

שׁוֹמְרוֹת	שׁוֹמְרָה שׁוֹמֶרֶת	שׁוֹמְרִים	שׁוֹמֵר
cuſtodientes	cuſtodiens mulier	cuſtodientes	cuſtodiens
שׁוֹמְעוֹת	שׁוֹמְעָה שׁוֹמַעַת	שׁוֹמְעִים	שׁוֹמֵעַ
audientes	audiens mulier	audientes	audiens
חֲפֵצוֹת	חֲפֵצָה חֲפֵצֶת	חֲפֵצִים	חָפֵץ
deſiderantes	deſiderans mulier	deſiderantes	deſiderãs.

In ſecundo ordine.

נוֹגְשׁוֹת	נוֹגְשָׁה נוֹגֶשֶׁת	נוֹגְשִׁים	נוֹגֵשׁ
accedentes	accedens mulier	accedentes	accedens

In tertio ordine.

יוֹשְׁבוֹת	יוֹשְׁבָה יוֹשֶׁבֶת	יוֹשְׁבִים	יוֹשֵׁב
ſedentes	ſedens mulier	ſedentes	ſedens
יוֹדְעוֹת	יוֹדְעָה יוֹדַעַת	יוֹדְעִים	יוֹדֵעַ
ſcientes	ſciens mulier	ſcientes	ſciens

In quarto ordine.

קָמוֹת	קָמָה	קָמִים	קָם
ſurgentes	ſurgens	ſurgentes	ſurgens
מֵתוֹת	מֵתָה	מֵתִים	מֵת
morientes	moriens	morientes	moriens.

In quinto ordine.

גּוֹלוֹת	גּוֹלָה	גּוֹלִים	גּוֹלֶה
exultantes	exultans	exultantes	exultans

In

In ſexto ordine.

תַּמּוֹת	תַּמָּה	תַּמִּים	תַּם
perficientes	perficiens	perficientes	perficiens.

In ſeptimo ordine.

נוֹטֶה נוֹטִים נוֹטָה נוֹטוֹת יָרֵא יְרֵאִים יְרֵאָה יְרֵאוֹת : יוֹרֶה יוֹרִים יוֹרַת
יורות: אוֹפֶה אוֹפִים אוֹפָה אוֹפוֹת נוֹתֵן נוֹתְנִים נוֹתְנָה נוֹתֶנֶת נוֹתְנוֹת

Notandum hic primo participium fęm. in tribus primis ordinibus duplicem habere formam, vna deſinit in he præcedente camez, & alia in thau præcedente duplici ſægol, & illa eſt frequentior.

Quando autem vltima radicalis eſt heth, vel ain, mutatur duplex ſægol in duplex pathah. Idem fit in nominibus abſolutis. Secundo notandum quando tertia radicalis eſt heth, vel ain habet participium maſc. præter holem, & zere, ſub gutturali verò punctum pathah, vt שׂוֹמֵחַ gaudens. Idem obſeruatur in participio præterito. Tertio notandum hanc formam חָפֵץ in participio non differre à præterito, & in toto benoni retinet zere, vt חָפֵץ חֲפֵצִים niſi quod in plurali, & fęminino camez primæ ſyllabæ ſuo more migrat in ſceua, id enim eſt regulare in nominibus quoties prima vox fuerit camez, & nomen ipſum extenditur vna ſyllaba, vt camez migret in ſceua, vt à דָּבָר דְּבָרִים verba.

Quarto notandum, participium fęmininum quarti ordinis, i. quieſcentium ſecundæ radicalis, non differre à præterito, niſi in ipſo accentu, vt eſt ſignatum in exemplis. Idem ſentiendum de feminino in ſolo puncto finali, vt patet. Et quæ deſinunt in aleph in fęm. ſic admittunt thau, קוֹרֵאת clamans.

Partj.

Participium præteritum Kal.

VOcatur hoc participium à forma ipſa פָּעוּל paul, nec habet nomen aliud neque formatur niſi à verbis tranſitiuis, vt שָׁמוּר cuſtoditus.

Quæ vero ſunt neutra, illis ſatisfacit participium præſens pro vtroque, vt מֵת moriens, & mortuus, יוֹשֵׁב ſedens, & ſeſſus, &c. *Forma paul in verbis perfectis.*

שְׁמוּרוֹת	שְׁמוּרָה	שְׁמוּרִים	שָׁמוּר
cuſtoditæ	cuſtodita	cuſtoditi	cuſtoditus
שְׁמוּעוֹת	שְׁמוּעָה	שְׁמוּעִים	שָׁמוּעַ

In ſecundo ordine.

נְטוּעוֹת	נְטוּעָה	נְטוּעִים	נָטוּעַ
plantatæ	plantata	plantati	plantatus

In tertio ordine.

יְדוּעוֹת	יְדוּעָה	יְדוּעִים	יָדוּעַ
cognitæ	cognita	cogniti	cognitus.

In quarto ordine.

מוּלוֹת	מוּלָה	מוּלִים	מוּל
circumciſæ	circumciſa	circumciſi	circumciſus.

In quinto ordine.

עֲשׂוּיוֹת	עֲשׂוּיָה	עֲשׂוּיִים	עָשׂוּי
factæ	facta	facti	factus
בְּרוּאוֹת	בְּרוּאָה	בְּרוּאִים	בָּרוּא
creatæ	creata	creati	creatus.

In ſexto ordine.

חוּמוֹת	חוּמָה	חוּמִים	חוּם
calefactæ	calefacta	calefacti	calefactus.

In ſeptimo ordine.

נְטוּיוֹת	נְטוּיָה	נְטוּיִים	נָטוּי

נְתוּנִים נָתוּן נְשׂוּאִים נָשׂוּי vel נָשׂוּא

Hic

Hic primo notandum participium iſtud ad varias trahi perſonas,haud ſecus, quàm participium præſens per adiunctionem pronominum, ego, tu, & ille. Secundo ſciendum, quæ dicta ſunt in participio præſenti de camez initiali puncto,& item de ain,& heth tertia radicali, ea hic quoque habere locum. Tertio notandum inter tres primos ordines,i. perfectos, & defectiuos primæ radicalis, & quieſcentes pe aleph, & pe iod, nullum eſſe diſcrimen, quantum attinet ad iſtud,& præcedens participiũ.Quarto notandum in quarto ordine, i in quieſcentibus ſecundæ radicalis rariſſime inueniri paul, quia omnia ferè verba Kal ſunt neutra. Sic in ſexto ordine, i. duplicantium, raro inuenitur paul proprium, ſed mutuatum ex perfectorum ordine, vt גָּזוּז tonſus, pro גּוּז ,ſic סָבוּב pro סוּב. Porro in quinto ordine, i. in quieſcentibus lamed he, mutatur in iod quieſcens in maſc. ſing. & mobile in reliquis perſonis.

Infinitiuus Kal.

VOcant Hebræi infinitiuum מָקוֹר ideſt fontem, quia omnia tempora,perſonæ, numeri, & genera ex eo ſcaturire videntur, cum omnia ſint incerta in eo. Inuenitur autem in duplici forma,abſoluta,ſcilicet, & cũ litteris בְּכְלָם. Abſolutum infinitiuum vocamus illud, quòd alteri non iungitur verbo, nec illi adduntur litteræ בכלם quando adiungitur alteri dictioni eiuſdem verbi, tunc erit gerundium, vt שָׁמוֹר תִּשְׁמְרוּ cuſtodiendo cuſtodietis, מוֹת תָּמוּת moriendo morieris, רָאֹה תִּרְאוּ videndo videbitis. Hic itaque infinitiuus habet primam camez,& ſecundam holem, vel pathah. Quando vero additur vna ex litteris בְּכְלָם uertitur camez primæ radicalis in ſceua.

For-

Forma Makor in verbis perfectis.

שְׁמוֹר בִּשְׁמוֹר כִּשְׁמוֹר

cum cuſtodiendo in cuſtodiendo cuſtodiendo

לִשְׁמוֹר מִשְּׁמוֹר

à cuſtodiendo ad cuſtodiendum.

שְׁכֹב בִּשְׁכַב כִּשְׁכַב לִשְׁכַּב מִשְּׁכַב

à iacendo ad iacendum cum iacendo in iacendo iacendo

שְׁמוֹעַ בִּשְׁמוֹעַ כִּשְׁמוֹעַ לִשְׁמוֹעַ מִשְּׁמוֹעַ

עֲמוֹד בַּעֲמוֹד כַּעֲמוֹד לַעֲמוֹד מֵעֲמוֹד

In ſecundo ordine, i. in defectiuorum.

נְגֹשׁ vel גֶּשֶׁת בְּגֶשֶׁת כְּגֶשֶׁת לָגֶשֶׁת מִגֶּשֶׁת

נְפוֹל בִּנְפוֹל כִּנְפוֹל לִנְפוֹל מִנְּפוֹל

In tertio ordine, i. quieſcentium primæ.

יְשׁוֹב vel שֶׁבֶת בְּשֶׁבֶת כְּשֶׁבֶת לָשֶׁבֶת מִשֶּׁבֶת

יְדֹעַ vel דַּעַת בְּדַעַת כְּדַעַת לָדַעַת מִדַּעַת

אֱכֹל בֶּאֱכוֹל כֶּאֱכוֹל לֶאֱכוֹל מֵאֱכוֹל

In quarto ordine, i. quieſcentium ſecundæ.

קוּם בְּקוּם כְּקוּם לָקוּם מִקּוּם

מוּת בְּמוּת כְּמוּת לָמוּת מִמּוּת

In quinto ordine, i. quieſcentium tertiæ.

גְּלוֹת vel גָּלֹה בִּגְלוֹת כִּגְלוֹת לִגְלוֹת מִגְּלוֹת

עֲשׂוֹת vel עָשׂוֹה בַּעֲשׂוֹת כַּעֲשׂוֹת לַעֲשׂוֹת מֵעֲשׂוֹת

In ſexto ordine, i. duplicantium.

תּוֹם בְּתוֹם כְּתוֹם לָתוֹם מִתּוֹם

In ſeptimo ordine, i. defectiuorũ primæ, & quieſcentium tertiæ.

נְטֹה בִּנְטוֹת כִּנְטוֹת לִנְטוֹת מִנְּטוֹת

נְשׂוֹא בְּשֵׂאת כְּשֵׂאת לָשֵׂאת מִשֵּׂאת

יְרוֹא בִּירוֹא כִּירוֹא לִירוֹא מִיְּרוֹא

אֲפֹה בַּאֲפוֹת כַּאֲפוֹת לַאֲפוֹת מֵאֲפוֹת

נְתוֹן בְּתֵת כְּתֵת לָתֵת מִתֵּת

Hic primo notandum, naturale punctum litterarum bichlam eſſe ſceua, excepta Mem præpoſitione, quæ habet hirec ſequente daghes. Quando autem litteræ בכלם veniunt ad litteram ſceuatam mutatur earum ſceua in hirec, & ante litteram hatephatam mutatur in pathach, vel ſægol. Lamed tamen in quarto ordine quieſcentium ſecundæ habet peculiariter camez pro ſceua. Mem vero præpoſitio regulariter habet hirec ſequente daghes. Quando tamen venit ſcribenda ante litteram gutturalem, mutantur hirec, & daghes in zere. Secundo notandum infinitiuum ſecundi ordinis, & item tertij ordinis defectiuorũ, primę, & quieſcentium primæ, plerumque abijcere primam radicalem, & recipere thau in fine, præcedente duplici ſægol, aut præcedente propter gutturalem litteram duplici pathah. Sunt tamen multa verba in ſecundo ordine, quæ infinitiuum integrum habent, vt לִנְטוֹעַ ad plantandum, לִנְחוֹל ad hæreditandum. In quarto ordine quieſcentium ſecundę radicalis media radicalis vau ſemper expreſſe ſcribitur. In quinto vero ordine quieſcentium lamed he, illud he mutatur in thau. Sextus ordo duplicantium fere nihil diſcriminis habet à quarto. In ſeptimo ordine quieſcentium pe iod, & lamed aleph, vel he iod, initiale ſceuatam, & litteræ בְּכָלַם ſceuatæ tranſeunt in vnum hirec, atque he finale migrat in thau. Porro verbum נָתַן abijcit vtramque extremitatem, & accipit thau in fine. Reliqua patent. Tertio notandum, quod quibuſdam verbis perfectis nonnunquam adijcitur littera paragogica he, vt לִדְאָבָה ad dolendum, לְאַהֲבָה ad amandum. Iſai. 56.

Imperatiuus Kal.

VOcant Hebræi imperatiuum צִוּוּי ideſt imperium, & ha-

& habet ſecundam ſingularem maſc. regulariter ſceuatam, niſi habuerit paragogen he, tunc enim habet vel ְ: vel hirec, vt שְׁלַח & שִׁלְחָה mitte, זְכוֹר & זִכְרָה recordare.

Forma Kal imperatiui in perfectis.

שְׁמוֹר שִׁמְרוּ שִׁמְרִי שְׁמוֹרְנָה

cuſtodite cuſtodi cuſtodite cuſtodi

שְׁכַב שִׁכְבוּ שִׁכְבִי שְׁכַבְנָה

iacete iace iacete iace.

בְּחַר בַּחֲרוּ בַּחֲרִי בַּחַרְנָה

Ex verbis ſecundæ coniugationis naſcuntur dagheſſata nomina, & fere ſignificant potentiam, ſeu habitum, aut certè vehementiam aliquam notant, vt טַבָּח coquus, גַּנָּב fur, עִקֵּשׁ peruerſus.

A verbis tertiæ coniugationis trahuntur nomina hæemantica, quæ vnam ex litteris הָאֶמַנְתִּי habent præpoſitam, & vt plurimum ſignificant actionem proinde, vt apud Latinos verbalia in io, vt מִקְרָא lectio.

Ex quarta coniugatione rariſsimè uſurpantur nomina, vt הִתְחַבְּרוּת conſociatio inter ſe.camez in iod הִשְׁתַּחֲוָיָה ſupplicatio, 2.Reg. 5. plura vix reperies.

Obſer-

Obſeruationes de Nominibus.

1 Gutturales in medio dictionis habent pathah pro ſægol, vt נַעַר · Excipiuntur quatuor כֹּהֵן אֹהֶל רֶחֶם לֶחֶם · Inuenitur tamen quoque רַחַם ·

2 Gentilia, & quæcunque in iod exeunt plerunque interponunt in plurali aliud iod, quod per daghes abſconditur, vt עִבְרִי, in plurali habet עִבְרִים, & עִבְרִיִּים, ſic in fœminino עִבְרִית, & עִבְרִיָּה, in plurali עִבְרִיּוֹת ·

3 Fœminina in ות, & ות . interponunt quoque in plurali iod, vt מַלְכוּת facit מַלְכֻיּוֹת . Item אָחוֹת ſoror, habet אַחְיוֹת ſorores.

4 Nun ainpoal non deficit vnquam, niſi in quatuor nominibus, אַף : בַּת : שְׁתַּיִם חִטָּה · Et hinc cum affixis habent daghes, vt בִּתּוֹ filia eius. אַפּוֹ naſus, vel ira eius.

5 Quædam ex quieſcentibus Ainpoal in plurali uariant à forma ſingulari, vt

		In plurali
שׁוֹר	Bos	שְׁוָרִים
שׁוּק	Platea	שְׁוָקִים
דּוּד	Caldarium	דְּוָדִים
יוֹם	Dies	יָמִים
רֹאשׁ	Caput	רָאשִׁים
חַיִל	Exercitus	חֲיָלִים
עַיִר	Pullus aſini	עֲיָרִים
עִיר	Vrbs	עָרִים
בַּיִת	Domus	בָּתִּים

6 Hæc quinque nomina deſinunt in ſceua, קֹשְׁטְ : גֵּרְדְּ
גֵּיא חֵטְא שָׁוְא :

7 Sex vocabula habent à tergo ם ſeruile, vel ſecundum alios hæmanticũ, vt דּוּמָם : רֵיקָם : יוֹמָם : פִּדְיוֹם פִּתְאֹם שִׁלְשׁוֹם

8 Quædam in ון ſunt diminutiua, vt נְחֻשְׁתָּן : שַׁבָּתוֹן ·

Et Pluraliter.

Nominatiuus	צְדָקוֹת	דְּבָרִים
Genitiuus	שֶׁל צְדָקוֹת	שֶׁל דְּבָרִים
Datiuus	לִצְדָקוֹת	לִדְבָרִים
Accuſatiuus	אֶת צְדָקוֹת	אֶת דְּבָרִים
Vocatiuus	צְדָקוֹת	דְּבָרִים
Ablatiuus	מִצְדָקוֹת	מִדְּבָרִים

Comparatio.

Iuſtus	צַדִּיק
Magis iuſtus.i.iuſtior	יוֹתֵר צַדִּיק
Iuſtus valdè.i.iuſtiſſimus	צַדִּיק מְאֹד

Circumloquuntur aliquando comparatiuum per præpoſitionem מִן vt גָּדוֹל מִמֶּנִּי maior me, & ſic quoque in verbis וַיֶּחְכַּם מִכָּל־הָאָדָם & ſapuit præ omni homine, id eſt ſapientior fuit cunctis hominibus, 1.Reg.4.

Forma Nominum eſt quadruplex.

A Prima Coniugatione deducuntur nomina leuia, quæ carent daghes forti,& plerumque res abſolutè ſignificant, vt אָדָם homo, כְּתָב ſcriptura.

Ex verbis ſecundæ coniugationis naſcuntur dagheſſata nomina,& fere ſignificant potentiam, ſeu habitum, aut certè vehementiam aliquam notant, vt טַבָּח coquus, גַּנָּב fur, עִקֵּשׁ peruerſus.

A verbis tertiæ coniugationis trahuntur nomina hæemantica, quæ vnam ex litteris הֶאֱמַנְתִּי habent præpoſitam, & vt plurimum ſignificant actionem proinde, vt apud Latinos verbalia in io, vt מִקְרָא lectio.

Ex quarta coniugatione rariſsimè uſurpantur nomina, vt הִתְחַבְּרוּת conſociatio inter ſe.camez in iod הִשְׁתַּחֲוָיָה ſupplicatio, 2.Reg. 5. plura vix reperies.

Obſer-

Obſeruationes de Nominibus.

1 Gutturales in medio dictionis habent pathah pro ſægol, vt נַעַר · Excipiuntur quatuor כֹּהֵן אֹהֶל רֶחֶם לֶחֶם · Inuenitur tamen quoque רַחַם ·

2 Gentilia, & quæcunque in iod exeunt plerunque interponunt in plurali aliud iod, quod per daghes abſconditur, vt עִבְרִי, in plurali habet עִבְרִים, & עִבְרִיִּים, ſic in fœminino עִבְרִית, & עִבְרִיָּה, in plurali עִבְרִיּוֹת ·

3 Fœminina in וּת, & וֹת. interponunt quoque in plurali iod, vt מַלְכוּת facit מַלְכֻיּוֹת. Item אָחוֹת ſoror, habet אֲחָיוֹת ſorores.

4 Nun ainpoal non deficit vnquam, niſi in quatuor nominibus, אַף : בַּת : שְׁתַּיִם חִטָּה · Et hinc cum affixis habent daghes, vt בִּתּוֹ filia eius. אַפּוֹ naſus, vel ira eius.

5 Quædam ex quieſcentibus Ainpoal in plurali uariant à forma ſingulari, vt

		In plurali
שׁוֹר	Bos	שְׁוָרִים
שׁוּק	Platea	שְׁוָקִים
דּוּד	Caldarium	דְּוָדִים
יוֹם	Dies	יָמִים
רֹאשׁ	Caput	רָאשִׁים
חַיִל	Exercitus	חֲיָלִים
עַיִר	Pullus aſini	עֲיָרִים
עִיר	Vrbs	עָרִים
בַּיִת	Domus	בָּתִּים

6 Hæc quinque nomina deſinunt in ſceua, יֵרֵךְ : קֹשֶׁט גַּיְא חֵטְא שָׁוְא :

7 Sex vocabula habent à tergo ם ſeruile, vel ſecundum alios hæmanticũ, vt דּוּמָם : רֵיקָם : יוֹמָם : פִּדְיוֹם פִּתְאֹם שִׁלְשֹׁם

8 Quædam in וֹן ſunt diminutiua, vt נְחֻשְׁתָּן : שַׁבָּתוֹן ·

9 Quædam pauca fęminina ex quieſcentibus lamed he mutant terminationem fœmininam ה in plurali in Vau, uel in iod : interdum retinent eum, vt

In ſingulari		In plurali
קָצָה	finis	קְצוֹת
הָרָה	grauida	הָרִיּוֹת
אָמָה	ancilla	אַמָהוֹת

10 De alleuiatione punctorum dictum eſt ſupra. Obſeruandum tamen, quod camez, & zere penultimæ ſyllabæ in quibuſdam nominibus manent in ſtatu regiminis. Et interdum cum affixis, vt נִבְלָתִי Eſaiæ 26. Idem fit in his nominibus habentibus affixa, quæ non mutant puncta.

אָלָה	execratio.	בַּקָּשָׁה	inquiſitio.
שְׁאֵלָה	petitio.	אֲפֵלָה	caligo.
גָּלוּת	migratio.	תְּעָלָה	aquæductus.

Sic etiam נָאֲצוֹתֶיךָ Ezech. 35. contumelias tuas.

De Nominibus quatuor diuerſarum litterarum.

NOmina quæ habent quatuor litteras radicales, pleraq; ſunt compoſita ex duabus diuerſis radicibus ordinis, uel defectiuorum, vel quieſcentium, vbi in ambabus radicibus diſſimulatur littera, quæ eſt aut deficiens, aut quieſcens. Atque hoc modo remanent in utriſque duæ tantum radicales, quæ in Compoſitione conſtituunt quatuor litteras. Et hanc compoſitionem nobis quædam propria nomina inſinuant, & oſtendunt, vt אַבְרָם componitur ex אָב pater, & radice רום altus fuit, poſtea verò dictus eſt אַבְרָהָם addita tamen littera ה.

Sic עַבְטִיט lutum denſum, ab עָבָה denſus fuit, & טִיט lutum.

Scorpio

עַקְרָב Scorpio a radice עקר id eſt preſſit, & רָבָב multiplicauit, quia acutè pungit.

כַּפְתּוֹר Sphærula, globus à כָּפַף curuauit, & תוֹר .i. tẽpus, ſeu תָּאַר .i. formauit, quia habet formam rotundam, & incuruam.

Hic notandũ eſt, quod in tali cõpoſitione, duæ dictiones per ſceua mutum, & connexile ita coniugantur, vt ſceua diſtinctè notet, quæ litteræ cuiuſq; radicis ſint propriȩ. Diuide tantum radices poſt ſceua mutum, & habebis de vtriſque radicibus duas litteras, nam una de quieſcentibus, ſeu deficientibus cadit, vt חֶלְכָּה pauper, cõponitur à radice חַיִל .i. facultas, potẽtia, & כָּהָה, obſcurus fuit, vel כָּאָה doluit, ſignificat enim hominẽ ignobilem, & inopem. Inde in plurali חֶלְכָּאִים Pſalm. 10. פַּתְבַּג edulium, uel cibus, ſcribitur etiam diuiſim פַּת־בַּג a פָּתַת in fruſta fregit, & בַּג id eſt, cibus.

Aliquando etiam gutturales, quæ per ſe non multum habent ſoni, excidunt, ut סַנְוֵרִים cœcitates a סָאַן ideſt afflixit, & עִוֵּר cæcus, uel ab אָסוֹן nocumentũ, & עִוֵּר, nam ſignificat non ſimplicem cæcitatem, ſed nocẽtẽ, vt אָסוֹן;

Quæ verò non habent ſceua in illis alterutra radix eſt perfecta, vt פִּלֶגֶשׁ concubina, ſeu pellex a פָּלַג diuiſit, & אִשָּׁה mulier, quæ erat diuiſa ab hæreditate mariti, & tantum donationibus fruebatur.

De nominibus quinque litterarum.

IN nominibus quinque litterarũ eadem eſt ratio compoſitionis, quã paulò ante diximus, niſi quod vna ex radicibus integre ponitur; altera uerò unam amittit litteram, vt צַלְמָוֶת vmbra mortis, a צָלַל umbrauit, & מָוֶת mors.

אַרְגָּמָן purpura, ab אָרַג texuit, & מָנָה numerauit, uel

uel מִין ſpecies. Plura exempla breuitatis gratia prætermittimus,ſed his tantum viam monſtrare voluimus.

De artificio ſubiungendi affixa.

MVltum refert ſcire,quibus intermedijs punctis, affixa alijs dictionibus adhæreant. Nam ex illis punctis non rarò temporum, & modorum differentia dignoſcitur, vt שְׁלָחַנִי miſit me, ſed שָׁלְחֵנִי mitte me.

Primo autem notandum, quædam affixa iungi cum uerbis,quædam cum nominibus,& quędam cum partibus indeclinabilibus ut iam ſequitur.

נוּ נָה cum uerbis futuri temporis copulantur,ut תִּפְקְדֵנוּ rariùs cum imperatiuo,cum nominibus numquam.

הוּ Verbis additur,rariſſimè nominibus, ut פְּקָדָהוּ uiſitauit eum, פִּיהוּ os eius.

ו Omnibus dictionibus additur, exceptis perſonis uerborum in ו exeuntibus,ut טִהֲרוֹ mundauit eum,& נֶגְדּוֹ coram eo: futuro rariùs additur.

ה Nominibus in conſonantem deſinentibus affigitur, ut דְּבָרָהּ uerbum eius. Et ſecundæ tantum perſonæ præteriti maſculini ſingularis,ut יְדַעְתָּהּ cognouiſti eam.

הֶם הֶנָה Affiguntur nominibus pluralibus; ut דְּבָרֶיהָ uerba eius.Rarius in ſingularibus,ut פִּיהֶם os eorum.

ן ם Verbis quibuslibet, & nominibus tantum ſingularibus adduntur,ut שְׁמָעֵם audi eos. דְּבָרָם uerba eorum.

מוֹ Coniungitur cum uerbis,ut שִׁיתֵמוֹ pone eos. Et cum nominibus pluralibus, ut עֲבוֹתֵימוֹ funes eorum.

נִי Verbis tantum adijcitur, & numquam nominibus, ut פְּקָדַנִי uiſitauit me.

י Nominibus, & partibus indeclinabilibus additur, ut עִמִּי mecum: uerbo non iungitur, niſi ſoli infinitiuo, ut

ut בְּקָרְאִי cum ego clamo.

ךָ ךְ כֶם כֶן נוּ adduntur omnibus partibus orationis, vt שְׁמָעֲךָ audiuit te, דְּבָרְךָ verbum tuum, עִמְּךָ tecum.

Appendix.

PRopria nomina non ſuſcipiunt affixa, non enim dicitur יַעֲקֹבִי שֶׁלִּי, Iacobus meus, ſed יַעֲקֹב שֶׁלִּי. Verbis primæ, & ſecundæ perſonæ natura negauit affixa eiuſdem perſonæ, & diuerſi numeri. Non enim dicimus, viſitaui nos, viſitauimus me, viſitauiſti vos, viſitauiſtis te; & ſic in Imperatiuo, & futuro non dicimus, viſita vos, viſitabimus me.

Quo pacto verbis addantur affixa. Regula prima.

PErſonis verborum in conſonantem exeuntibus adduntur affixa inter mediante certa vocali, ut iam ſequitur.

Quinque affixa habent ante ſe duplicia puncta.

נִי Cum præterito coniunctim interponit - cum reliquis temporibus zere, שְׁמָעַנִי audiuit me, שְׁמָעֵנִי audi me.

נוּ הוּ Cum præterito habent ante ſe ˏ cum reliquis temporibus zere, vt מְשָׁחָהוּ vnxit eum, מְשָׁחֵהוּ unge eum.

ן ם Cum præterito, & participijs, & infinitiuo præmittunt ˏ cum Imperatiuo, & futuro zere, ut הוֹשִׁיעָם ſaluauit eos, הוֹשִׁיעֵם ſalua eos.

Porrò ante Epentheſin נ habentem ſceua mutum ſcribitur parua uocalis ſægol, uel pathah, Pſal 72. יְבָרְכֶנְהוּ, & Geneſis 27. תְּבָרְכַנִּי. Atque hic abſconditur נ epentheſis in daghes.

Reliqua affixa habent ante ſe certa puncta, ut hic ſequitur.

ךָ כֶם כֶן Ante ſe habent ſceua, vt יְלָדְךָ genuit te, & propter pauſam mutatur in ſægol, vt יְלָדֶךָ.

ךְ Præmittit ſibi zere, vt שְׁאֵלֵךְ interrogauit te.

Ante

נוּ נָּה הָ Ante ſe habent ſægol; ut תְּעַשְּׁרֶנָּה ditabis èam.

ה Semper ante ſe habet camez, vt חֲקָרָהּ inueſtigauit eam.

ו & י habent poteſtatem vocalis, ideo non indigent interpoſitione uocalis, ut נְתָנוֹ dedit eum.

Regula Secunda.

SEcundæ plurales præteriti mutant terminationem ם & נ in Kibbuz, vt illis rectius cohæreant affixa, ut הֶעֱלִיתֻנוּ feciſtis nos aſcendere Numeri 21. צַמְתֻּנִי ieiunaſtis mihi Zach. 7. Item fœmininum plurale tam in Imperatiuo, quā in futuro mutat quoque terminationem נָה in י ut Iere. 2. וּמְשֻׁבוֹתַיִךְ תּוֹכִחֻךְ & auerſiones tuæ increpabunt te, unde תּוֹכִחֻךְ pro תּוֹכַחְנָה אוֹתָךְ.

Regula Tertia.

PErſonis uerborum per ſe in uocalem exeuntibus non opus eſt interpoſitione punctorum cum adduntur eis affixa, ut הִשְׁעַתְּנוּ׃ קְרָאתִיךָ.

ו Affixum cum prima perſona præteriti ſingularis coaleſcit in diphtongum, ut פְּקַדְתִּיו uiſitaui eum.

ו Subiunctum ſecundæ perſonæ præteriti Maſculini excludit præcedens camez, ut יְדַעְתּוֹ nouiſti eum, כִּסִּיתוֹ operuiſti eum, הֲקֵמֹתוֹ erexiſti eum.

נִי Affixum in præterito habet ante ſe pathah, idcircò præcedens camez in ſecunda perſona præteriti mutatur in pathah, ut נְשָׂאתַנִי tuliſti me, & in pauſa נְשָׂאתָנִי.

De modo ſubiungendi affixa verborum fœmininis.

FOeminina eodem modo ſuſcipiunt affixa, ut dictum eſt de perſonis maſculinorum, præter tertiam, & ſecundam præteriti numeris ſingulari, ut ſequitur.

Tertia

Tertia perſona præteriti fœminini.

1 In tertia perſona præteriti mutatur ה in ת, vt affixum concinnius adhæreat, & punctatur ſceua muto. Ideoque præcedens vocalis ſemper erit pathah, vt מְצָאַתְנוּ inuenit nos, צְמָתַתְנִי conſtrinxit me. Sic quoque אֲהֵבַתְהוּ dilexit eum. Et per Syncopen אֲהֵבַתּוּ vbi ת cum ſceua muto abſconditur in daghes, & ה ex affixo mutatur in ת vt poſſit capere daghes, hinc Iob 20. שְׁנַפַּתּוּ pro שְׁנַפַתְהוּ.

Similiter cum affixo ה ſemper habet hanc formam אֲחָזַתָּה apprehendit eam, Ieremiæ 49. Et ſic חִלְּקַתָּה diuiſit eam, Eſaiæ 34. Pauſa mutat pathah in camez, vt כִּסָּתְנִי operuit me, Pſalm. 44.

2 כ ; cum præterito fœminino habent ante ſe camez, vel pathah, vt גְּנַבָתַם furata eſt eos Geneſis 31. וּבִקְשָׁתַם & quæram eos, Oſeæ 2. Ante ךָ ſcribitur zere, vt פְּקָדֵתְךָ.

Secunda perſona præteriti fœminini.

SEcunda perſona præteriti fœminini, cum recipit affixa ſemper deſinit in hirec magnum, ſicut & interdum abſolutè ſine affixis, vt מְצָאתִים inueniſti eos, Ieremiæ 2. הִכְרַעְתִּנִי incuruaſti me Iud. 11.

De nominibus affixa habentibus.

NOmina ſingularis numeri recipiunt affixa ijſdem pũctis interpoſitis, ſicut cum Participio, & infinitiuo. דְּבָרְךָ הַבָּרְךָ דְּבָרְכֶם דְּבָרֵנוּ.

Fœminina nomina numeri ſing. mutant ה in ת, צִדְקָתְךָ צִדְקָתֵךְ צִדְקַתְכֶם צִדְקָתֵנוּ.

Tria nomina recipiendo affixa interponunt iod, vt אָב pater, אָח frater, חָם ſocer, hinc אָבִינוּ pater noſter, אָחִיו frater eius, חָמִיהָ ſocer ejus. Similiter פֶּה cum affixis mutat he in iod, vt פִּינוּ os noſtrum, פִּיךָ os tuum.

Digitized by Google

Nomina pluralia cum affixis.

MAſculina pluralis numeri in ſtatu affixorum abijciunt ם, vt דְּבָרֵינוּ.

כֶם כֶן הֶם הֶן מוֹ נוּ Hæc affixa habent ante ſe iod quieſcẽs in zere, ut דִּבְרֵיהֶן verba earum, &c.

ה & ךָ ante ſe habent iod quieſcens in ſægol, vt דְּבָרֶיהָ verba eius, דְּבָרֶיךָ uerba tua.

י & ךְ ante ſe habent diphtongum, vt דְּבָרַיִךְ verba tua, דְּבָרַי verba mea, & hic excidit iod plurale, ne duo iod concurrant.

ו Affixum cum י plurali coaleſcit in diphtongum, vt דְּבָרָיו verba eius.

Fœminina nomina in plurali ante affixa interponunt iod cum ijſdem punctis præcedentibus, ſicut dictum eſt de maſculinis, vt צִדְקוֹתֵינוּ iuſtitiæ noſtræ.

Nonnunquam iod implicitè quieſcit, vt נְסִיכֵמוֹ Principes eorum, Pſal. 83. Ita quoque reperies צִדְקוֹתֵנוּ &c.

Præpoſitiones cum affixis.

COnſtruuntur præpoſitiones cum affixis tanquam ſuis caſibus, vt עִמּוֹ cum eo, עִמְּךָ tecum, atque eadem interponuntur puncta, ſicut de nominibus dictum eſt, niſi quod ante affixum נוּ plerunque præmittitur camez, vt אִתָּנוּ עִמָּנוּ nobiſcum.

Tres præpoſitiones עַד עַל אֶל in ſtatu affixorum interponunt iod ad formam nominum pluralium, vt אֵלֶיךָ ad te, עֲלֵיהֶם ſuper eos, עָדַי vſque ad me.

Item לִפְנֵי uel לִפְנִים & תַּחַת & אַחַר habent formã nominum pluralium, ideoque cum affixis coniuncta non diſcedunt à forma eorum לְפָנֶיךָ אַחֲרֶיךָ לִפְנֵיהֶם תַּחְתֵּינוּ.

Aduerbia cum affixis.

NOn iunguntur aduerbia cum affixis præter octo, vt ſunt הִנֵּה אַיִן אַיֵּה כְּמוֹ לְבַד סוֹל עוֹד אַשְׁרֵי ; Dicimus enim הִנְּךָ ecce tu, אֵינֶנִּי non ego, אַיֶּכָּה vbi tu, כָּמוֹנִי ſicut ego, לְבַדּוֹ ſolummodo ipſe, מִמֻּלִּי è regione mei; עוֹדֶנִּי adhuc ego, אַשְׁרֶיךָ bene tibi.

Coniunctiones, & Interiectiones non componuntur cum affixis.

DE NOMINE,
Secunda parte Orationis.

NOmen altera pars orationis apud Hebræos non habet tantam difficultatem, vt Verbum, nec tantam perplexitatem, vt Nomen apud Latinos, & Græcos. Nam non obliquatur de Caſu in caſum, ſed mutatur duntaxat de ſingulari numero in pluralem, & adiectiua mouentur de maſc. genere in fœmininum. Quædam etiam mutant puncta propter conſtructionem, hoc eſt ob ſequentem genitiuum caſum, aut ſubiunctum affixum, vt infrà dicetur. Exprimuntur tamen nonnunquam obliqui caſus præpoſitis quibuſdam miniſterialibus litteris, in hunc ſcilicet modum: דָּבָר verbum, שֶׁלְּדָבָר verbi, לְדָבָר verbo, אֶת הַדָּבָר verbum, מִדָּבָר à verbo. Sic in plural. דְּבָרִים verba, שֶׁלִּדְבָרִים verborum, לִדְבָרִים verbis, אֶת דְּבָרִים verba, מִדְּבָרִים à verbis. Hæc tamen non conſtanter obſeruantur, cum caſus ſæpe deprehendatur ex tenore ſententiæ, & littera ה nonnunquam inueniatur præponi nominatiuo, aliquando accuſatiuo, ſicut & lamed ſæpe oſtendit accuſatiuum caſum, & aliquando geni-

tiuum, præſertim in titulis; vt מִזְמוֹר לְדָוִד Pſalmus Dauidis.

De nomine adiectiuo.

VOcant Hebræi adiectiuum שֵׁם הַתֹּאַר id eſt, nomen formæ, ſicut ſubſtantiuum appellatur שֵׁם הַדָּבָר nomen rei. Nomen formale .i. adiectiuum vocant quodcumque mouetur de maſcul. genere in fœmininum, & de ſingulare in plurali, vt à מֶלֶךְ rex fit מַלְכָּה regina, מְלָכִים reges, מְלָכוֹת reginæ, à כֶּלֶב canis כַּלְבָּה canicula, &c. Sic אִישׁ vir, אִשָּׁה vira, ſeu virago, &c. Et pura adiectiua qualia ſunt חָדָשׁ nouus, צַדִּיק iuſtus, טוֹב bonus, ſic mouentur in fœmininum genus צַדִּיקָה חֲדָשָׁה טוֹבָה. Inueniuntur autem hæc pura adiectiua ſub duplici duntaxat terminatione, & duplici genere, maſculino, & fœmin. Neutrum enim genus non habent Hebræi ſicut nec comparationem, ſed circumloquuntur comparatiuum, & ſuperlatiuum gradum in hunc modum: טוֹב bonus, יוֹתֵר טוֹב magis bonus, טוֹב מְאֹד bonus valde, id eſt optimus: Frequentius tamen circumloquuntur comparatiuum per præpoſitionẽ mem, vt אָדָם זֶה לָמוּד מִמֶּנּוּ: Homo hic doctus eſt ab illo, ſiue pre illo, id eſt doctior יוֹחָנָן הוּא טוֹב מִכֵּיפָא Iohannes eſt bonus præ Petro, id eſt melior.

Adiectiua fœminina formantur à maſculinis ſola adiectione litteræ he: participia verò fem. frequentius habent ſuperadditam litteram thau, quàm he.

Quomodo autem quædam adiectiua mutent puncta dum à maſc. in formam femininam transferuntur, infra dicam. Hoc ſatis fuerit hic ſcire, he foemin. litteram ſemper ante ſe exigere camez, ac deinde camez primam vocem, propter adiectionem litteræ migrare in ſceua, &

ſegol

Digitized by Google

ſægol primam vocem in nominibus duorum ſegolin mutari in pathah exēpla,vt גָּדוֹל fit גְּדוֹלָה ; & a מֶלֶךְ fit מַלְכָּה ;

צַדִּיק	iuſtus	צַדִּיקָה	iuſta
עִוֵּר	cæcus	עִוְּרָה	cæca
גִּבּוֹר	fortis	גִּבּוֹרָה	valida
גָּדוֹל	magnus	גְּדוֹלָה	magna
זָקֵן	ſenex	זְקֵנָה	vetula
נַעַר	puer	נַעֲרָה	puella
מֶלֶךְ	rex	מַלְכָּה	regina
עָנִי	pauper	עֲנִיָּה	paupercula
בְּכוֹר	primogenitus	בְּכוֹרָה	primogenita
שָׁכֵן	vicinus	שְׁכֵנָה	vicina
נָדִיב	voluntarius	נְדִיבָה	voluntaria
גְּבִיר	dominus	גְּבִירָה	domina
טוֹב	bonus	טוֹבָה	bona
גֵּר	peregrinus	גֵּרָה	peregrina

In quinto verò ordine vbi he eſt tertia radicalis,maſculina deſinunt in ſægol, & fęminina in camez, vt

יָפֶה	pulcher	יָפָה	pulchra
חוֹלֶה	infirmus	חוֹלָה	infirma

Gentilia verò adiectiua deſinunt in iod maſculina ſcilicet:Fęminina verò in ית & pauca quædam in יָּה. Exēpla.

עִבְרִי	Hebræus	עִבְרִית	Hebræa, & עִבְרִיָּה
יְהוּדִי	Iudæus	יְהוּדִית	Iudæa
יִשְׂרְאֵלִי	Iſraelites	יִשְׂרְאֵלִית	Iſraelita
אֲדוֹמִי	Idumæus	אֲדוֹמִית	Idumæa
צִידוֹנִי	Zidonius	צִידוֹנִית	Zidonia

Hanc formam ſequuntur numeralia ordinalia,de quibus ſupra, & quædam alia nomina, vt ſunt

עֲרִירִי	ſolitarius	חַכְלִילִי	rubicundus

נָכְרִי	alienus	נָכְרִיָּה	aliena
חָפְשִׁי	liber	חָפְשִׁית	libera
אַכְזָרִי	crudelis	אַכְזָרִית	effera

Maſculina faciũt pluralem יִּים vt עִבְרִיִּים חָפְשִׁיִּים אֲרוֹמִיִּים ſed frequentius duo iod contrahuntur in vnum, vt נָכְרִים alieni, חָפְשִׁים liberi: fœminina verò plur. ſeruant hanc formam כּוּשִׁיּוֹת יְהוּדִיּוֹת cum iod mobili.

De genere Nominum ſubſtantiuorum.

NOmina ſubſtantiua aũt ſunt maſculini generis, aut fœminini: pauca inueniũtur communis generis, hoc eſt quæ aliquando inueniuntur in maſculino genere, aliquando in fœminino. Neutrum genus Hebræi non habent, tametſi adiectiuum fœmininum nonnunquam ſoleant vſurpare ſubſtantiuè, & in neutro genere, vt זֹאת iſtud, quod cum ſubſtantiuo iunctum ſignificat iſtam. Sic טוֹבָה ſignificat bonam in fœm. genere, & bonum, ſeu bonitatem in neutro genere. Subſtantiua maſculina conſtant, vt plurimum tribus radicalibus litteris; fœminina verò deſinunt vel in he, vel in thau ſuperadditam litteram. Admittunt tamen multa maſc. epentheſin vau, vel iod, & quædam protheſin mem. Exempla.

סֵפֶר	liber	מֶלֶךְ	rex	דָּבָר	verbum
קָצִיר	meſsis	סִפּוּר	numeratio	קוֹדֶשׁ	ſanctitas
מִשְׁפָּט	iudicium	חֲמוֹר	aſinus	שׁוֹמֵר	cuſtos

Hic rurſum multa inueniuntur, quæ habent formam maſc. & ſunt fœminina. Deprehenditur autem genus ex adiuncto verbo, vel adiectiuo, vt אֶבֶן גְּדוֹלָה lapis magnus, אֶרֶץ רְחוֹקָה terra longinqua, אֵשׁ בּוֹעֲרָה ignis ardens. Item nomina, quæ à natura habent dualitatem in corpore animalis, habent fere omnia fęmininum genus, quantumlibet

careant

Digitized by Google

careant ſuper addita littera he, vt ſunt עַיִן oculus, רֶגֶל pes, יָד manus, אוֹזֶן auris, שָׂפָה labium, זְרוֹעַ נְטוּיָה brachium extentum. Item nomina regionum, & Ciuitatum ſunt fęminina, vt יְרוּשָׁלַם Ieruſalem, מִצְרַיִם Aegyptus, בָּבֶל Babylon,&c. Porrò ſubſtantiua foeminina habent vltra tres radicales litteras ſuperadditam litteram he, vel thau. He littera exigit ante ſe camez, & thau ſægol, vel hirec, vel ſciurec. Quod tamen intelligendum eſt de ſtatu abſoluto. Nam in ſtatu regiminis mutatur hę fęminina littera in thau raphatum: exempla: צְדָקָה iuſtitia, צִדְקַת יְהוָה iuſtitia Domini, צִדְקָתִי iuſtitia mea, מְגִלָּה volumen, מְגִלַּת הַסּוֹפֵר volumen ſcribę. Item עֲטֶרֶת corona, תִּפְאֶרֶת gloria, decor, בְּרִית pactum, מַלְכוּת regnum, 3. Reg cap. 2. ver. 12. Et quando vltima eſt gutturalis, mutatur duplex ſægol in pathah, ut מִשְׁלַחַת immiſſio, דַּעַת ſcientia, אַמְתַּחַת marſupium. Et hæc quando ſuſcipiunt affixum aliquod, dagheſſant thau, ut אַמְתַּחְתִּי marſupium meum, דַּעְתְּךָ notitia tua, עֲטַרְתּוֹ corona eius; at thau quod ex he naſcitur, manet raphatum in affixorum ſubiunctione, ut צִדְקָתְךָ iuſtitia tua, שִׂמְחָתִי gaudium meum ab abſoluto שִׂמְחָה.

De numero plurali vtriuſque generis.

MAſculiua faciunt pluralem numerum in ים ut מֶלֶךְ rex, מְלָכִים reges, & fæmina in ות ut עֲטֶרֶת corona, עֲטָרוֹת coronæ. Excipiuntur tamen utrinque multa nomina, quæ hanc regulam non obſeruant. Nam multa maſculina deſinunt in plurali in ות ut אָב pater, אָבוֹת patres, מָקוֹם locus, מְקוֹמוֹת loca, לַיִל nox, לֵילוֹת noctes, פֶּחָה præſes, פַּחוֹת præſides, Sic multa fæminina habent terminationem maſculinam, ut נְמָלָה formica, נְמָלִים formicæ, דְּבֵלָה carica, דְּבֵלִים caricę,

cæ, דְּבוֹרָה apis, דְּבוֹרִים apes, יוֹנָה columba, יוֹנִים columbę; חִטָּה triticum, חִטִּים tritica, לְבֵנָה later, לְבֵנִים lateres, &c. Item multa in ſingulari habent formam maſculinorum, quæ tamen in plurali deſinunt in oth, vt אֶרֶץ אֲרָצוֹת terra, חֶרֶב חֲרָבוֹת gladius, קֶשֶׁת קְשָׁתוֹת arcus. Quædam etiam inueniuntur, quæ vtramque habent terminationem pluralem, vt שָׁנָה annus, שָׁנוֹת & שָׁנִים anni, מִלָּה dictio, מִלּוֹת & מִלִּים dictiones, עֶצֶם os oſſis, עֲצָמִים & עֲצָמוֹת oſſa, צָבָא exercitus, צְבָאִים צְבָאוֹת exercitus militares, לֵבָב cor, לְבוֹת & לְבָבִים corda. Porrò nomina dualitatem ſignificantia, faciunt plur. in יִם׳ præcedente pathah, vt יָד â יָדַיִם manus, רֶגֶל רַגְלַיִם pedes, עַיִן עֵינַיִם oculi, אֹזֶן אָזְנַיִם aures. Inueniuntur quoq. quædā alia nomina in voce dualis numeri tantum, vt שָׁמַיִם cœli, מַיִם aquæ, צָהֳרַיִם meridies, רֵחַיִם molæ. Item quædam inueniuntur in plural. numero tantū abſq; ſingul. vt ſunt נְעוּרִים pueritia, חַיִּים vita, זְקוּנִים ſenectus, בְּתוּלִים virginitas, מְתִים populus, gens &c. ſicut è contra multa inueniuntur ſingularia abſque plur. numero, vt ſunt זָהָב aurum, עוֹפֶרֶת plumbum, צֹאן ouis, & oues, שֶׂה pecus. Vbi notandum, nomina ſpecierum animalium ſæpe in ſingulari numero capi pluraliter, vt אָדָם homo, & homines, בָּקָר bos, & boues, צֹאן ouis, & oues. Notandum præterea quædam nomina ſingularia aliena habere pluralia, vt אִישׁ vir, in plurali אֲנָשִׁים viri, & rarò inuenitur אִישִׁים, ſic אִשָּׁה mulier, in plurali נָשִׁים mulieres. Item בַּת filia, בָּנוֹת filiæ. Horum tamen non ſunt multa.

De ſtatu Nominum abſoluto conſtructiuo.

STatum nominis abſolutum vocāt eum, qui poſt ſe non habet genitiuum caſum. Cum verò genitiuus ſequitur caſus uocatur is ſtatus סְמִיכוּת id eſt ſtatus ſubiunctionis, &

uocatur

vocatur ab aliquibus ſtatus regiminis, obtinetque in Hebraica lingua grandem in punctis mutationem, præſertim in plurali numero. Nam is ob ſubiũctum genitiuum caſum abijcit men finale de ים, & hirec mutatur in zere, atque voces magnas præcedentes commutat in paruas, aut in punctum ſceua. Quod, vt rectè intelligas notabis propter quatuor cauſas mutari puncta in nominibus, nẽpe propter regimen, propter plural. numerum, propter fœm. genus, & propter affixorum ſubiunctionem. Cauſa mutationis punctorũ. Sunt autem quatuor voces, quę in nominibus mutationem ſuſcipiunt, nempe camez, zere, ſægol, & holem, tres magnæ, & vna parua. Quæ voces mutentur. Sceua quoque annumeraretur eis, ſi vniuerſaliter eſſet mobile. Camez, & zere quando primam dictionis ſyllabam occupant, mutantur in ſceua. Quando verò in ſecunda inueniuntur, vertuntur in pathah, vt à דָּבָר abſoluto dicitur דְּבַר יְהוָה verbũ domini. Sic à זָקֵן fit זְקַן הַבַּיִת ſenex domus. Idem fit in reliquis tribus mutationibus, niſi quod ſecunda vox non ſemper mutatur in pathah, vt דְּבָרִי verbum meum, דְּבַרְכֶם verbum veſtrum, דְּבָרֵנוּ verbum noſtrum, & in plurali דְּבָרִים verba, דְּבָרַי verba mea, דְּבָרֶיךָ verba tua. In plurali verò conſtructiuo דִּבְרֵי יְהוָה verba domini, vbi etiam altera vox magna mutatur in ſceua, & primum ſceua in hirec per regulam iſtam: Vbi duo ſceuaim à principio dictionis cõueniunt, primum migrat in hirec. Regula de ſceua. Item in fœm. genere à יָשָׁר rectus fit יְשָׁרָה recta, ſic à זָקֵן fit זְקֵנָה vetula. Regula: Omne nomen perfectum, cuius vox prima eſt camez, mutat camez in memoratis quatuor mutationibus in ſceua, quæcunque fuerit vox ſecunda. Regula de camez initiali. Idem ſentiendum de nominibus quorum vox prima eſt zere, & altera camez, vt eſt לֵבָב cor, עֵנָב vua, שֵׂעָר crinis.

Nam dicimus לְבַב הָאָדָם cor hominis, לְבָבִי cor meum, לְבָבִים corda. At quando vox ſecunda non eſt camez, vt in his אֵפוֹד cinctorium, humerale, אֵבוּס præſepe, non mutatur zere. Nam dicitur אֵפוֹדִי cinctorium meum, אֵבוּסוֹ preſepe eius, & in regimine אֵפוֹד הַכֹּהֵן ephod Sacerdotis. Item quando poſt zere ſequitur ſægol, vt in סֵפֶר liber, עֵשֶׂב herba, & ſimilibus zere aliquando mutatur, & quandoque non mutatur, vt infra in forma illa explanabitur. Similiter dicetur infra de his, quæ primam habent ſægol, & de his, quæ primam habent holem. Aduerte ergo formulas iſtas nominum, quas nunc tibi ob oculos ponam, cum omnibus mutationibus eorum.

שָׁבָר דָּבָר מָטָר

INueniuntur ſub hac forma in Hebræo plurima nomina tam adiectiua, quàm ſubſtantiua, vt ſunt מָשָׁל prouerbium, חָתָן ſponſus, נָבָל ſtultus, שָׁלָל ſpolium, שָׁפָן cuniculus, גָּמָל gemelus, חָדָשׁ nouus, יָקָר precioſus, יָשָׁר rectus &c. Hæc itaque in omnibus quatuor mutationibus vertunt camez primum in ſceua: alterum verò camez manet in plurali abſoluto, in fœminino genere, & in affixorum ſubiunctione, vt יָשָׁר rectus, יְשָׁרָה recta, יְשָׁרִים recti, דְּבָרְךָ verbum tuum, &c. at in regimine ſingulari, & cum durioribus affixis mutatur alterum camez in pathah. Duriora affixa voco הֶן הֶם כֶּן כֶּם quæ ſemper ſequeſtrantur ab alijs affixis, quæ hic diſtinctionis gratia vocabo affixa leuiora. Dicimus .n. דְּבַרְכֶם uerbũ veſtrũ, & דְּבַר יְהוָה verbum Domini. Porrò in plurali cõſtructiuo dicitur יִשְׁרֵי לֵב recti corde, דִּבְרֵי יְהוָה verba Domini. Quam mutationem

Duriora affixa.

ſic

ſic facile percipies. Plurale abſolutum דְּבָרִים in regimine abijcit mem finale, & mutat hirec finale in zere id quod regulare eſt omnibus pluralibus maſculinis, ac deinde vertit camez in ſceua, & ſic relinquitur דְּבָרֵי, ſed quia duo ſceuaim ab initio nunquam ſcribuntur, ſed primum regulariter mutatur in hirec, dicimus דִּבְרֵי pro דְּבָרֵי. Et hic rurſum notandum plurale abſolutum recipere affixa leuiora, vt דְּבָרַי verba mea, דְּבָרֶיךָ verba tua, דְּבָרָיו verba eius, דְּבָרֶיהָ verba eius, & plurale conſtructiuum ſuſcipere affixa duriora, vt דִּבְרֵיכֶם verba veſtra, דִּבְרֵיהֶם verba eorum. **Aduerte iſta bene.**

Quando uero prima radicalis eſt una ex his gutturalibus חע mutatur in plur. conſtructiuo primum ſceua non in hirec, ſed in pathah, ut ab חָכָם ſapiens, dicitur חַכְמֵי פַרְעֹה ſapientes Pharaonis. Sic à חָלָל fit חַלְלֵי חֶרֶב uulnerati gladio, & ab עָרֵל incircumciſus, עַרְלֵי לֵב incircumciſi corde. Idem iudicium eſt de his, quæ mediā habent ain, uel heth, ut à נָחָשׁ ſerpens, dicitur נַחֲשֵׁי מִצְרַיִם ſerpentes Aegypti. Ab אֵמֶר uero fit אִמְרֵי יְהוָה eloquia Domini. Notandum præterea quod quædam huius formæ nomina mutant poſterius camez in pathah, & ſequitur daghes, ut à גָּמָל fit plurale גְּמַלִּים cameli, à שָׁפָן שְׁפַנִּים cuniculi, à הֲדַס הֲדַסִּים myrti. Sicut è contra quædam quæ fuerant dagheſſanda, mutant pathah, & daghes in camez uocem magnam, unde nomine חָלָשׁ id eſt infirmus, in eadē forma dicimus פָּרָשׁ eques, ubi primum camez includit daghes, atq; ob id nunquam mutatur. Nam dicimus in plurali פָּרָשִׁים equites, ſicut חַלָּשִׁים debiles.

קָצִיר קָדוֹשׁ זָקֵן

SVnt hæ tres formæ nominum frequentiſſimæ in He-

braiſmo, ut ſequentia exempla demonſtrant. Notandum quoque quando ſecunda uox eſt hirec magnum, holem, aut zere non mutatur גָּדוֹל magnus, תָּמִים integer,

יָשֵׁן	dormiens,	טָהוֹר	mundus,	חָסִיד	pius.
יָחֵף	diſcalciatus	גָּחוֹן	pectus	יָשִׁישׁ	decrepitus
יָתֵד	clauus	אָדוֹן	Dominus	נָגִיד	Princeps
יָרֵחַ	Luna	דָּרוֹם	meridies	מָשִׁיחַ	unctus
חָסֵר	deficiens	שָׁלוֹם	pax	נָזִיר	Nazaręus.

Hæc itaque in omnibus quatuor mutationibus uertunt camez in ſceua, ut à קָדוֹשׁ in conſtructione קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל ſanctus Iſraelis; in fęminino קְדוֹשָׁה ſancta, in plural. קְדוֹשִׁים ſancti, cum affixo אֲדוֹנִי Dominus meus; Sic לָבָן albus, לְבָנָה alba, לְבָנִים albi, & in regimine יְתַד הָאֶרֶג clauus texturæ. Iud. 16. Et in tertia forma, מָשִׁיחַ unctus, מְשִׁיחַ יְהוָה Chriſtus Domini, מְשִׁיחִי Chriſtus meus, תְּמִימָה integra, תְּמִימִים integri. In plurali conſtructiuo, תְּמִימֵי דֶרֶךְ immaculati in uia, Pſal. 119. אֲדוֹנֵיהֶם Domini corũ, יִתְדוֹת הֶחָצֵר claui atrij, Exod. 27. Helias tamen ponit קְצִירֵי à קָצִיר & גְּדָלֵי à גָּדוֹל, ſed nulla inuenio exempla ſimilia. Sic תָּמִים facit תְּמִימֵי certè, & à קָצִיר fiet קְצִירֵי: Sic cum אָדוֹן facit plur. conſtructiuum אֲדוֹנֵי habebit, & à קָדוֹשׁ in plurali conſtructiuo קְדוֹשֵׁי. De זָקֵן & ſimilibus non eſt dubium quin in plur. conſtructiuo habeant לְבְנֵי זִקְנֵי, niſi cum prima eſt gutturalis, tũc .n. eadem litera habet pathah, ut חַסְרֵי פא נון defectiuã in pe nun.

קֶבֶר מֶלֶךְ

DIſcriminantur nomina ſex punctorum in duas claſſes, de quibus aliqua ſubijciam:

panis

לֶחֶם	panis	קֶבֶר	ſepulchrum
כֶּרֶם	uinea	בֶּגֶד	ueſtis
חֶסֶד	pietas	קֶרֶב	inteſtinum
כֶּלֶב	canis	זֶכֶר	memoria
רֶגֶל	pes	פֶּגֶר	cadauer
חֶרֶב	gladius	יֶתֶר	reſiduum
אֶרֶץ	terra	דֶּשֶׁן	cinis
עֶבֶד	ſeruus	רֶכֶב	currus
הֶבֶל	uanitas	גֶּשֶׁם	pluuia
דֶּלֶת	oſtium	צֶדֶק	iuſtitia
עֶצֶם	os oſſis	דֶּגֶל	uexillum
אֶבֶן	lapis	כֶּבֶשׂ	ouis maſcula
צֶלֶם	imago	כֶּתֶר	corona
חֶבֶל	funis	מֶתֶג	frenum
דֶּרֶךְ	uia	פֶּסֶל	ſculptile.

Hæc,& ſimilia, quæ ſex conſtant punctis, nihil mutant in regimine ſingulari. In plurali uerò numero hanc ſeruant formã קְבָרִים קֶבֶר & מְלָכִים מֶלֶךְ. Adiectiua uerò,quæ in fęmininum mouentur genus, & item plurale conſtructiuum affixorum in ſingulari numero in his duplicibus nominibus aliam & aliam ſeruant formam. Quæ enim in priore ſignantur columna,hoc eſt ad ſiniſtram,mutant ſęgol primum in pathah, ut לַחְמֵנוּ panis noſter, כַּרְמִי uinea mea, חַסְדֵי יְהוָה pietates Domini, כַּלְבָּה canicula, עַבְדָּה famula, חַבְלֵי רְשָׁעִים funes impiorum. Quæ verò in poſteriori,& dextra columna ſignantur,mutant primum ſægol in hirec quando ſuſcipiunt affixum,uel mouentur in fęmininum genus, aut ſcribuntur in plurali conſtructiuo, ut קִבְרוֹ ſepulchrũ eius, קִבְרֵיכֶם ſepulchra ueſtra, פִּגְרֵי הַמֵּתִים cadauera mortuorũ,& a פֶּרֶד mulo,in fęminino פִּרְדָּה mula.

la. Sic à כֶּבֶשׂ oue maſcula, fit in fęminino כִּבְשָׂה ouis, & in plurali conſtructiuo כִּבְשׂוֹת הַצֹּאן oues gregum. Gen. 21. Inuenitur etiam iuxta primam formam כַּבְשָׂה Num. 6. nec hic poteſt haberi certa aliqua ratio, quâ hęc forma ab illa diſcernatur, ſed vſus dumtaxat diſcrimen oſtendit, quamquam ea, quæ primam habent gutturalem regulariter mutent ſægol primum in pathah, vt ab אֶבֶן fit אַבְנֵי ab הֶבֶל vanitas, הַבְלֵי & ab עֶלֶם adoleſcens, fit עַלְמָה virgo adoleſcentula. Notandum præterea, quod nomina huius formæ, quæ mediam habent gutturalem, mutant vtrumque ſægol in pathah, præter vnum לֶחֶם. Quæ tertiam habent gutturalem heth, vel ain, mutant ſolum poſterius ſægol in pathah. Exempla:

טַעַם	guſtus	זֶבַח	ſacrificium
בַּעַר	ſtultus	טֶבַע	natura
נַעַר	puer	נֶגַע	plaga
בַּעַל	patronus	פֶּסַח	paſcha
נַחַל	fluuius	סֶלַע	petra
שַׁחַר	aurora	פֶּלַח	fragmentum
לַהַב	flamma	פֶּתַח	oſtium.

Quæ vtramque vocem habent pathah, retinent pathah primũ in fęm. & cum affixis in ſingulari numero, atque in plurali conſtructiuo, vt נַעַר puer, נַעֲרָה puella, נַעֲרִי puer meus, נַעֲרֵי הָעִבְרִים pueri Hebræorum. Et hic te rurſum meminiſſe oportet, plurale conſtructiuum ſuſcipere dumtaxat affixa duriora, quæ ſunt כֶם הֶם כֶן הֶן, & abſolutum leuiora alia. Porro nomina huius formæ, quæ ob gutturalem litteram alterum ſægol mutant in pathah, mutant ferè ſemper ſægol primum in hirec, vt נִגְעִי plaga mea, פִּתְחֵי הַבַּיִת oſtia domus, פִּשְׁעִי iniquitas mea, פִּרְחִי flos

meus.

meus. Inuenitur tamen סַלְעִי petra mea, צַלְעוֹ latus eius. Inuenitur etiam à יֵשַׁע Pſal. 84. יִשְׁעֲךָ pro יֶשְׁעֲךָ ſalus tua.

סֵפֶר

QVæ ſunt de hac forma vocantur nomina quinque pũctorum, exiſtente ſcilicet prima voce zere: nullum enim nomen inuenitur, cuius prima vox ſit ſægol, & altera zere.

סֵפֶר	liber	חֵלֶק	pars
סֵתֶר	latibulum	עֵגֶל	vitulus
שֵׁבֶט	virga	אֵבֶר	membrum
סֵמֶל	ſimulachrum	אֵפֶר	cinis
סֵפֶל	phiala	עֵדֶן	voluptas
נֵדֶר	votum	עֵדֶר	grex
שֵׂכֶל	ingenium	חֵלֶב	adeps

Diſtinximus nomina huius formæ in duos ordines. Nam quæ primam habent radicalem gutturalem, mutãt plerumque in plurali conſtructiuo zere in ſægol, ſic in ſingulari quando affixa ſubijciuntur, ut עֵרֶךְ æſtimatio, עֶרְכִּי æſtimatio mea, עֶדְרֵי הַצֹּאן greges ouium, חֶלְבֵי הַצֹּאן adipes ouium, ſic ab אֵצֶל dicitur אֶצְלָהּ iuxta eam. Trahuntur etiam quædam ſub hac forma ad fœmininum genus, ut חֵלֶק & חֶלְקָה pars, עֵדֶן & עֶדְנָה uoluptas, ſic עֵגֶל uitulus, עֶגְלָה uitula. Porrò quæ primam non habent gutturalem, ſequuntur omnino normam קֶבֶר, ut a סֵתֶר latibulum, fit סְתָרִים סִתְרֵי סִתְרִי. Quædam etiam inueniuntur in fœmin. ut eſt præſens uocabulum סִתְרָה abſconſio. In conſtructione ſingulari hæc forma nullam habet mutationem, ſicut nec forma ſex punctorum, ut סֵפֶר יוֹחָנָן liber Ioannis. Inuenitur etiam unum, & alterum nomen, quod duplici conſtat zere, nẽpe הֵילֵל lucifer, ſtella matutina, תֵּבֵל orbis, ſed

quæ

quæ nec in plurali, nec cum affixis inueniuntur. Idem iudicium eſt de הֵיכָל, quod in regimine habet הֵיכַל, & in plurali הֵיכָלוֹת, in regimine הֵיכְלֵי.

קוֹרֶשׁ

HAec à forma mutat holem in ֳ: in omnibus mutationibus præterquam in conſtructione ſingulari. Eſt autem hæc forma frequens in Hebræo. Exempla:

חֹרֶשׁ	menſis	אֹהֶל	tentorium
גֹּרֶן	area	אֹזֶן	auris
אֹפֶן	rota	חֹפֶן	uola
אֹפֶל	caligo	חֹזֶק	fortitudo
עֹפֶל	fortalitium	קֹמֶץ	pugillus
קֹשֶׁט	ueritas	בֹּהֶן	pollex

Quando media, aut ultima eſt gutturalis.

פֹּעַל	operatio	גֹּבַהּ	altitudo
בֹּחַן	fortalitium	רֹמַח	lancea
בֹּהַק	macula	כֹּבַע	galea
רֹחַב	latitudo	אֹרַח	ſemita.

Hæc itaque nomina in regimine ſingulari nihil mutant, in reliquis uero mutationibus migrat holem in hatehcamez, ut אֹזֶן אַהֲרֹן auris Aaron, קָדְשׁוֹ ſanctitas eius, קֳדָשִׁים ſanctitates, קָדְשֵׁי יְהוָֹה ſanctitates Domini, חֹזֶק, & חָזְקָה fortitudo, חֹרֶשׁ, & חֳרְשָׁה ſilua. Quædam tamen habent pro ֳ: purum camez, ut שָׁרָשִׁים radices, קָדָשֶׁיךָ ſanctitates tuæ. Et à קֹמֶץ dicitur קָמְצוֹ pugillus eius, ſicut à גוֹדֶל dicitur גָּדְלוֹ magnificentia eius, & ab אֹהֶל fit plurale אֹהָלִים & אֳהָלִים tabernacula. Item a גֹּרֶן גָּרְנִי area mea. Et à חֹפֶן in duali numero חָפְנַיִם duæ uolæ. Et à בֹּאֶשׁ fit בָּאְשׁוֹ fœtor eius. A רֹחַב fit רָחְבּוֹ latitudo eius. Et à רֹמַח dicitur

citur רְמָחִים, & in conſtruct. plur. cũ pronominib. affixis רָמְחֵיהֶם lanceæ eorũ. Præter pauca iſta enumerata exẽpla, alia omnia, quæ innumera ſunt, ſequũtur regulam. Et quũ media, aut vltima eſt vna ex his gutturalibus החע, migrat ſægol in pathah, exceptis paucis, quæ mediam habent gutturalẽ, quale eſt אֹהֶל tabernaculum, תֹּאַר forma, à quo fit תָּאֳרָם forma eorum.

מָוֶת

PAuca inueniuntur ſub hac forma nomina, qualia ſunt מָוֶת mors, תָּוֶךְ medium, עָוֶל peruerſitas, אָוֶן vanitas. Hæ in regimine ſingulari mutant vau mobile in quieſcens, vt בְּתוֹךְ הָעִיר in medio ciuitatis, מוֹת יְשָׁרִים mors iuſtorum. Et cum affixis מוֹתִי mors mea, אוֹנֵךְ uanitas tua, Ierem. 4. Et cũ he ſuperaddita littera ם, מָוְתָה mors, עַוְלָה peruerſitas. Inuenitur etiam עֶוֶל in regimine, & עַוְלוֹ cum affixo. In plurali מוֹתוֹת, & מוֹתִים, & ab אָוֶן quando ſignificat efficaciam, inuenitur in plurali אוֹנִים uires. In ſingulari abſoluto habet Vau mobilem litteram, cum affixis, atque in plurali eadem littera quieſcit. Inuenitur tamen ſemel אוֹן pro הוֹן, Oſeæ 12. Eſt & alia uox שָׁוְא, quæ ſcribi debuerat שָׁוֶא, & illa ſub nulla mutatione inuenitur.

צַדִּיק גַּנָּב עִלֵּג

DE dagheſſatis una eſt regula, quod ob nullam quatuor mutationum mutantur. Exempla ſunt:

קִטֵּר	incenſum	גַּנָּב	fur	סָרִיס	eunuchus.
עִוֵּר	cœcus	סֻלָּם	ſcala	עָרִיץ	fortis.
כִּכָּר	talentum	אַדִּיר	magnificus.	פָּרָשׁ	eques.
פִּסֵּחַ	claudus	גַּלָּב	tonſor	פֶּחָם	pruna

חֵרֵשׁ	ſurdus	גִּדּוּף	blaſphemia	כֶּחָשׁ	mendax
שִׁכּוֹר	ebrius	חַלָּשׁ	infirmus	בִּכּוּר	primitiæ

Quæ ſunt de primo, & ſecundo ordine ſic mouentur in fœm. genus, & plural. numerũ צַדִּיקִים צַדִּיקָה גַּנָּבִים גַּנָּבָה & in plur. conſtruct. צַדִּיקֵי. Item סֻלָּמִי ſcala mea, עִוְּרִים cęci, אִלְּמִים muti, item in plur. conſtruct. גַּנָּבֵי כִּבְּרֵי. Quæ ſecundum habent zere, mutant illud in ſceua, ut כֻּסֶּם ſpelta, in plur. כֻּסְּמִים. Sic à כִּסֵּא ſolium כִּסְּאִי, & in plural. כִּסְּאוֹת ſolia. Sic מַקֵּל baculus, חַלָּק lenis. Quæ uerò ſcribuntur in tertio ordine includunt daghes in prima uoce propter mediam gutturalem diciturque סָרִיסִים eunuchi, פָּרָשִׁים equites, בָּנִים כֶּחָשִׁים filij mendaces Iſa. 30 Inuenitur tamen ſæpe סָרִיס mutare camez in ſceua, vnde סְרִיס.

כְּתָב זְאֵב גְּבוּל

DE his nominibus ponit Elias talem regulam: Nomina quæ habent ſceua à capite, nunquam mutant ſceua. Exempla promiſcua..

דְּבַשׁ	mel	גְּבִיר	uir	זְאֵב	lupus
חֲמוֹר	aſinus	גְּבוּל	terminus	כְּסִיל	ſtultus
כְּרוּב	angelus	יְצוּעַ	ſtratum	זְבוּב	muſca
כְּלוּב	cauea	אֱוִיל	ſtultus	חֲנִית	lancea
בְּכוֹר	primogen.	דְּבִיר	oraculum	שְׁבִית	captiuitas

In fęminino אֱוִילָה ſtulta, זְאֵבָה lupa. In regimine ſing. גְּבוּל הַשָּׂדֶה terminus agri, זְאֵב הַיַּעַר Lupus ſyluæ. Cum affixis חֲמוֹרִי aſinus meus, בְּכוֹרְךָ primogenitus tuus. In plur. זְבוּבִים muſcæ, כְּסִילִים ſtulti, &c. Nullam ergo admittunt mutationem nomina, quæ primam habent ſceuatam. Excipiuntur tamen ea, quæ ſecundam uocem habent

bent

bent camez, ut יְקָר præcium, כְּתָב ſcriptura, ea enim in regimine mutant camez in pathah, & in plurali conſtructiuo camez mutatur in ſceua, & primum ſceua in hirec, ut כִּתְבֵי יִקְרֵי. In reliquis mutationibus manet ſceua, & camez. Item à בְּאֵר inuenitur regulariter בְּאֵרוֹת putei. Inuenitur etiam בְּאֵרוֹת, ſed quod ſecundum Dauid Kimhi eſt ab alia forma, ſicut & דִּבְשִׁי mel meum, ab alia forma, quàm דְּבַשׁ putatur eſſe. Item אֲגַם ſtagnum, זְמַן tempus, quæ ſunt nomina huius formæ dagheſſant ultimam in plur. & affixorum ſubiunctione, ut אֲגַמִּים ſtagna, זְמַנִּי tempus meum.

עוֹלָל אוֹצָר

אוֹצָר	Theſaurus	עוֹלָל	paruulus
עוֹלָם	ſeculum	תּוֹלָע	uermis
גּוֹרָל	ſors	כּוֹכָב	ſtella
שׁוֹשָׁן	roſa	שׁוֹפָר	tuba

In regimine ſingulari hęc nomina, & alia eis ſimilia mutant camez in pathah, ut אוֹצַר הַשַּׂר theſaurus principis, גּוֹרָלִי ſors mea, כּוֹכָבִים ſtellæ, עוֹלָמִים ſæcula. Item שׁוֹשַׁנִּים roſæ, אוֹפַנִּים rotæ. Et in plurali conſtructiuo כּוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם ſtellæ cœli, שׁוֹפְרוֹת הַיּוֹבְלִים tubæ iubileorum. Porrò יוֹבֵל עוֹלֵל אוֹיֵב mutantur ſicut participia præſentis temporis primæ coniugationis. Huc quoque pertinet אָמָן artifex.

שׁוֹעָל

שׁוֹעָל	uulpis	כּוּמָז	ſubligaculum
אוּלָם	porticus	יוֹקֵשׁ	auceps
מוֹעָד	paratus	עוּגָב	organum.

Hæc forma nihil mutat, niſi in conſtruct. ſingulari; ubi camez migrat in pathah, & in conſtructione plur. mutatur in ſceua. Inuenitur tamen אוּלָם cum camez in regimine ſing. Quædam mutant uau ſciurec in Kybbuz, & daghes, ut ſunt עֻגָּב organum, גֻּמָּץ fouea.

דִּבּוּר נִחוּם

סִפּוּר	numeratio	כִּפּוּר	propitiatio
קִבּוּץ	congregatio	נִחוּם	conſolatio
שִׁכּוּל	ſterilitas	בֵּאוּר	declaratio
צִבּוּר	aceruus	נִאוּף	adulterium.

In quinto uerò ordine migrat he tertia radicalis in iod שִׁקּוּי irrigatio, רִבּוּי pluralitas, & apud Rabbinos גִּלּוּי reuelatio, ſiue denudatio לִיקּוּי eclypſis. Item in fęm. à לִמּוּד peritus, לִמּוּדָה perita. Nunquam autem mutatur hæc forma propter mediam daghesſatam. Notandum quoque hic quod Rabbini pro hac forma quando uolunt exprimere nomen formale utuntur cõmuniter hac forma fæminina.

סְפִירָה	numeratio	קְשִׁירָה	ligatio
עֲשִׂיָּה	factio	עֲלִיָּה	aſcenſio
בִּיאָה	congreſſus	רְאִיָּה	uiſio
יְצִיאָה	egreſsio	הֲלִיכָה	conſuetudo.

De quorum mutatione paulò poſt dicetur ubi ad fœmininum genus peruenerimus.

עַמּוּד

טַבּוּר	vmbilicus	חַנּוּן	miſericors
תַּפּוּחַ	pomum	בַּחוּר	iuuenis

fornax

תַּנּוּר	fornax	שָׁכּוּל	orbatus
אַלּוּף	dux	עַמּוּד	columna.

Propter mediamagheſſatam hæc forma nullam vnquam admittit mutationem.

מִשְׁפָּט

מִשְׁקָל	pondus	מִשְׁכָּן	tabernaculum
מִבְטָח	fiducia	מִרְמָס	conculcatio
מִקְטָר	incenſum	מִבְחָר	electio
מַעֲמָד	ſtatio	מַאֲמָר	oratio.

Iſta hæmanthica in fœm. genus tranſlata nihil mutant, vt מִלְחָמָה prælium, de quo infra, nec in affixorum ſubiunctione, aut plurali numero mutant camez. In regimine autem ſingulari mutant camez plerumque in pathah, aliquando manet camez. In regimine plur. hæc eſt forma מִשְׁפְּטֵי יְהֹוָה iudicia Domini, מִקְדְּשֵׁיכֶם ſanctuaria veſtra. A מִקְרָא tamen propter aleph fit מִקְרָאֵי in plural. conſtructiuo. Habet autem mem, aliquando hirec, & aliquando pathah, idque non tantum ante gutturales, ſed & ante alias quaſdam litteras, vt מַלְאָךְ angelus, מַרְבַד ornamentum, מַנְעַם pulchritudo, מַלְמַד ſtimulus. Et in plur. quædam pro camez habent pathah, & daghes, vt מַרְבַּדִּים & à מִשְׂגָּב cum affixo dicitur מִשְׂגַּבִּי exaltatio mea. Inueniuntur etiam quædam quæ in ſtatu abſoluto loco camez habent pathah, vt מִזְרַק אֶחָד phiala vna. Numeri 7. Item multa habent in plur. terminationẽ fœm. vt מִשְׁמָר מִשְׁמָרוֹת cuſtodiæ, מִבְצָר munitio, מִבְצָרִים & מִבְצָרוֹת, ſed hæc videntur habere ſingulare fœmininum.

מִסְכֵּן מַקְהֵל

מַמְזֵר	ſpurius	מַשְׁעֵן	ſuſtentaculum
מַרְבֵּץ	cubile	מַרְזֵחַ	cóuiuiũ, quod fit in exequijs mortuorú.
מַפְתֵּחַ	clauis	מַסְמֵר	clauus
מַעֲשֵׂר	decima	מִזְבֵּחַ	altare

Quæ primam non habent gutturalem habent in regimine pathah, vt מַפְתַּח מַרְזַח מַשְׁעַן מַרְבַּץ מִזְבַּח. Et in plurali מַסְמֵרִים & מִזְבְּחוֹת & מַקְהֵלִים & מַקְהֵלוֹת מַסְמְרִים. De מִזְבְּחוֹת habes Num. 23. multa loca, etiam ſub accentibus pauſantibus cum ſubiunctione affixorum מַעַשְׂרוֹ decima eius, מִזְבַּחֲךָ altare tuum. Iuxta alia non inueniuntur affixa.

מִזְמוֹר מַטְמוֹן

מִכְשׁוֹל	offendiculum	מַכְאוֹב	dolor
מִקְצוֹעַ	angulus	מַרְגּוֹעַ	refrigerium
מַכְלוֹל	ſemita	מַנְעוֹל	ſera

In plurali מִזְמוֹרִים Pſalmi, מַכְאוֹבִים dolores, cum affixis מַכְאוֹבִי dolor meus, מַטְמוֹנְךָ Theſaurus tuus, &c.

De nominibus fœmininis in ordine perfectorum.

שִׂמְחָה צְדָקָה

בְּרָכָה	benedictio	שִׂמְלָה	veſtimentum
שְׁמָמָה	deſolatio	שִׁפְחָה	ancilla
יְשָׁרָה	recta	רִשְׁעָה	impietas
אֲמָרָה	eloquium	גִּבְעָה	collis
יְקָרָה	precioſa	כִּבְשָׂה	ouis
צְעָקָה	clamor	שִׂמְחָה	gaudium

Prior

Prior nominum forma deſcendit à maſculinis habentibus duplex camez, id quod adiectiua declarant. Nam dicitur maſculinè יָקָר preciosſus, יָשָׁר rectus &c. fallit tamen in צְדָקָה cuius maſc. eſt צֶדֶק cum duplici ſægol, quæ forma plerumque alterum ordinem fœmininorum conſtituit: Nam dicitur in maſc. כֶּבֶשׂ ouis maſcula, גֶּבַע collis, רֶשַׁע impietas quorum fæmin. ſunt ſignata in altero ordine. Prior forma ſic mutatur צִדְקַת absolutè, צִדְקַת יְהוָה iuſtitia Domini, & quando media eſt gutturalis צַעֲקַת הָעָם clamor populi. Cum affixis צִדְקָתִי iuſtitia mea, צַעֲקָתֵנוּ clamor noſter, &c. ſolum כֶם exigit ante ſe hanc formam צִדְקַתְכֶם iuſtitia veſtra. In abſoluto plur. צְדָקוֹת & in regimine צִדְקוֹת. Sic יִשְׁרוֹת לֵב rectæ corde. Porrò forma שִׂמְחָה ſic mutatur. In regimine ſing. שִׂמְחַת הַלֵּב gaudium cordis, & cum affixis שִׂמְלָתִי veſtimentũ meũ, שִׁפְחָתְךָ ancilla tua, רִשְׁעַתְכֶם impietas veſtra. In plurali abſoluto שְׂמָלוֹת שְׁפָחוֹת & in regimine שִׂמְחוֹת. Affixa ſubiunguntur formæ conſtructiuæ. Sunt etiam quædam de hac forma, quæ pro hirec habent pathah, vt

שַׂלְמַת veſtis	כַּבְשַׂת ouis
עַוְלָה iniquitas	שַׁלְוָה proſperitas
נַעֲרָה puella	נַעֲלָה calceamentum
סַעֲרָה turbo	עַנְוָה manſuetudo.

